ditur; verum etiam sacramentariorum, vti vocan
dogmata reiiciuntur:*

IACOB. ANDREAE *simplex ac dilucida expositio*
de cœna, Francof. MDLXI 8. quæ antea germanice
nunc latine reddita: *expositio controuersiæ de di*
turis in christo ac præsentia eius in cœna, contra
Bullingerum, MDLXV. *confutatio disputationis Gryn*
na domini, cuius iam mentionem inieci; nunc aut
eam etiam, vna cum ANDREAE disputatione de
christi hominis, ceter. a Grynæo defensa, in germani
monem conuersam in lucem exiisse:

MATTH. FLACII libelli de *re sacramentaria*,
MDLXVII. 8. quorum volumine coniunctim e
fidelis admonitio retinendi testamenti christi: dem
de præsentia corporis et sanguinis christi in cœna: a
iisdem, contra Bezam: *adpendix nouarum demo*
ac *conciliatio Lucæ et Paulli cum Matthæo et Marc*
cœna. Præter libellos hos, exstant eiusdem: *re*
phismatum pro errore sacramentario, MDLXVII. 8. d
et sacramentali præsentia corporis et sanguinis christi
cœna, MDLXXIV. 8.

IO. MARBACHII *geistlicher vnd wahrhaftiger v*
vom heiligen abendmal, Argentor. MDLXVI. 4. qui li
dignus est, quum doctrinæ lutheranæ de sacro epul

ant, Ienæ, Francof. atque aliis locis, MDLXX. MDXC. MDCX. ac ſæpius. Nec tamen liber hic ſeparatim ſed etiam cum auctoris *locis theologicis* lucem ad- a vt acceſſerint: CHEMNITII *adnotatio hiſtorica tatum de hac cœna controuerſia;* item: *ſententia mitii et aliorum quorumdam theologorum, an et qua- therus de vbiquitate; ſeu omnipræſentia in cœna ne- tari noluerit*, et alia. Translatus iſte eſt in lin- s. Germanice enim exiit, interprete *Io. Zangero*, ptione: *die reine lehre von gegenwärtigkeit des lei- tes chriſti im abendmal*, Lipſ. MDLXI. 4. Francof. * belgice MDLXXXIII. 8. gallice cum titulo: *repe- la pure doctrine de la preſence du corps et du ſang du la cene*, Antuerp. MDLXXXIV. 8.

R. MVSCVLI *propoſitiones de vera, reali et ſubſtan- tia corporis et ſanguinis chriſti in ſacra cœna*, ad Oder. MDLXXIII. 4. qui etiam ſcripſit: *refuta- ceſſitatis phyſicæ locationis corporis chriſti*, ibidem 4.

OSIANDRI *warnung vor den zwingliſchen irthum nal*, Tubing. MDLXXVI. 4. *bericht auf Toſſani buch- heiligen abendmal*, ibidem MDLXXIX. 4. **

T. SCHALLINGII ſcriptum de *præſentia corporis et chriſti in ſacra cœna*, Vitemberg. MDLXXVI. 8.

MANN. HAMELMANNI *narratio de ſacramentario- ribus, portentoſis et ſeditioſis conatibus*, MDLXXXI. 8. n magis hiſtorici; quam dogmatici ac polemici ar- eſt:

um, quo oſtenditur, quomodo verba cœnæ domini ſa- rii inuoluant et peruertant, Lipſ. MDLXXXII. 8. quo r: MARCI MENNINGI, reformati, *breuis oſtenſio domini*, vna cum CHEMNITII et SCHACHTII *re- s:* ***

NICOL.

** ii *biblioth. theol. part.* I. p. 655. memoratur editio verſionis Luneb. MDCXXXVIII. 12.

*** EFII *librum de actis ſcriptisque publ. eccleſ. virtemb.* p. 39. ſq. *von alten und neuen theol. ſachen*, 1720. p. 674.

vnd lezte bekantnis vnd testament vom *be*
MDXC. 4. ac plura alia, quorum nonnulla sp
siano ac Pezelio opposita sunt quibusque S
probauit, se inter defensores veræ sententiæ
principem locum merito tueri: *

MATTH. HOE *antwort auf ein caluinisc*
abendmal des herrn, Lips. MDCVI. 4.

FRIDER. BALDVINI *bescheid auf die*
haupt-vrsachen, warum die reformirten mit L
der worte christi im abendmal nicht wollen ei
MDCXIV. 4. cuius et epitome; siue *kurtzer*
scheids, Hal. MDCXIV. 12. prodiit; item: *antw*
genbescheid, ibidem MDCXV. 4. ac *nothwendi*
das schandliche lasterbuch eines berlinischen
die reformirten mit Lutheri lehr vom abend
seyns wollen:

BALTH. MENTZERI *kurtzer einfaltiger*
ligen abendmal des herrn, Giess MDCIV. 12. *e*
bericht, das ist, rettung vnd fernere erklaru
einfaltigen berichts vom heiligen abendmal des
scriptum, quod sub titulo: *gegenbericht* ac no

MDCVIII. MDCXV. Argentor. MDCLIX. 12.* atque alia, inprimis de pane sacri epuli, num ille frangendus sit; nec ne? postea commemoranda:

THEOD. THVMMII commentatio de *vera, reali et substantiali carnis et sanguinis christi θεανθρώπου in sacra cœna præsentia*, Tubing. MDCXX. 4. πολυτροπία *caluiniana, hoc est, solida demonstratio, verba institutionis cœnæ dominicæ in sensu litterali, sine vllo tropo, intelligenda et interpretanda esse*, ibidem MDCXXI. 4. dissertatio de *cœna, erroribus caluinianorum opposita*, ibidem MDCXXVII. quæ scripta ob adcurationem suam præ aliis legenda sunt:

IO. GEORG. DORSCHEI *consideratio declarationis de sacra cœna domini nostri iesu christi, editæ a Theodoro Zuingero*, Argent. MDCXLIII. 4. quæ nouem disputationibus constat:

MICHAEL. HAVEMANNI *demonstratio realis et substantialis præsentiæ corporis et sanguinis christi in sacra cœna*, Ien. MDCLIX. 4. *streit vnd vnterscheid vom nachtmahl zwischen den lutherischen vnd caluinischen lehrern*, Hamb. MDCXLVII. 12.**

IVSTI FEVRBORNII dissertatio de *substantiali corporis et sanguinis christi in sacra cœna, his in terris iuxta diuinam institutionem celebrata, illocali præsentia, vt et manducatione et bibitione in tremendo diuino mysterio*,*** cuius BART. BOTSACCVS *vindicias* dedit:*

SEBAST. SCHMIDII *tractatus de principiis; seu fundamentis præsentiæ corporis et sanguinis christi in sacra cœna*, Argent. MDCLXII. MDCXCIX. 4. *beweis, daß der reformirten lehre vom sacrament des heiligen abendmals weder selbsten einigen guten grund habe; noch die lutherische lehre von demselbigen sacrament mit einigen guten grunde wiederlege*, Luneb. MDCLXXXIX. 12.** qui libri in censum optimorum scriptorum de hac re veniunt:

IO. MVSAEI dissertatio de *sacra cœna, sintne corpus et sanguis christi realiter in illa præsentia*, contra Io. Vorstium, Ien. MDCLXIII. adcurate ac cum iudicio scripta:

IVST.

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1721. p. 399.

** quæ KOZACK de sacra cœna contra Hauemannum scripsit, ea recensentur in *der samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1742. p. 138.

*** *oper. theolog.* p. 1536.

* conf. GOETZII *biblioth. anti-caluinian. presbyt. lubecens.* §. 3.

** *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1730. p. 598.

IVST. BALTH. HABERKORNII *demonstrationes dissen fundamentalis inter lutheranos et caluinianos de eucharisti* Giess. MDCLXVII. 4.

LAMPERT. GEDICKII *erklerung der lehre von der wahren gegenwart des leibes vnd blutes christi im heiligen ab.. mal*, Berol. MDCCXXII. 4. * contra quam explicatione quum prodiisset: *erklerung der lutherischen lehre von d. wahren gegenwart des leibes vnd bluts christi im heiligen aben mal, von Gedicken zu Berlin vorgetragen, zur prufung gegen vnd in ihrer falschheit entdecket*, sine indicio auctoris, q LAVRENT. DAV. SCHLESSNER esse fertur, ac le MDCCXXIV. 4. ** aduersario huic GEDICKIVS opposui *vertheidigung der euangelisch-lutherischen lehre von der wahren gegenwart des leibes vnd blutes christi im heiligen aben mal*, Berol. MDCCXXIV. 4. *** ac quamuis ille *anmerckung vber Gedickens vertheidigung*, MDCCXXIV. 4. ederet; GEDICKIVS tamen respondit in *der abfertigung dieser anmerckungen*, Berol. MDCCXXV. 4. eumdemque defendit ANTOI DRAESENIVS in *den vergeblichen luft-streichen Schlessner* MDCCXXV. 4.* ac postquam SCHLESSNERVS in lucem emiserat: *prüfung der abfertigung Gedickens*, MDCCXXV.. DRAESENIVS restitit ei in libello, cuius titulus est: *da diese worte christi, das ist mein leib, noch feste stehen* MDCCXXVI. 4. **

La doctrine des euangeliques lutheriens sur la presence reelle et essentielle du corps et du sang de iesus christ dans l'eucharistie, Amstelod. MDCCXXVIII. 8. quod opusculum, perspicue, distincte ac modeste compositum, iterum gallice MDCCXXIX. 8. *** in lucem exiit; germanice autem sub titulo: *die lehre der euangelisch-lutherischen von der gegenwart des leibes christi im abendmal*, Schneberg. MDCCXXX. 8. Auctor, qui nomen suum omisit, IO. IACOB. KOETHIVS esse perhibetur. *

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1722. p. 1079.
** *ibidem* 1724. p. 98.
*** *ibidem* 1725. p. 101.
* *ibidem* 1726. p. 814.
** *ibidem* p. 815.
*** *auserlesene theol. bibliotb. part.* 36. p. 1034.
* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1733. p. 458.

commemoratis theologorum nostrorum dissertatio-
PEVRBORNII, MVSAEI, addendæ sunt aliæ ea-
I. GERHARDI de *distantia lutheranorum et caluinia-*
circa articulum de sacra cœna: MELCH. NICOLAI de
et sanguinis christi præsentia in sacra cœna: CALIX-
corpore et sanguine christi, in sacra cœna vere præsentibus:
ISEMANNI de *κοινωνία rei cælestis et terrenæ in sa-*
: FRID. BECHMANNI et HECTOR. GOTTFR.
de reali præsentia corporis et sanguinis christi in sacra
GOTTL. WERNSDORFII de *dissensu inter socios au-*
confessionis et reformatos in articulo de sacra cœna
tali: CHRISTIAN. CHEMNITII de *vera ac*
præsentia corporis et sanguinis christi in sacra cœna,
Wendelinum: G. G. ZELTNERI *quod in sacra cœna*
indigni vere sacramentum accipiant. De iis commen-
tis, quas inter theologiæ dogmaticæ scripta adduxi,
ico.

I etiam est inter lutheranos ac reformatos speciatim
ctione: num consecratus sacræ cœnæ panis conuiuis
ibendus sit, vt sacerdos eum frangat ac singulis par-
tes porrigat? Reformati, necessario hoc fieri debere,
unt; nostrates autem id merito negant. Sententiæ
rumenta, satis luculenta atque ad probandum idonea,
is scriptis enarrarunt, quippe quæ sunt: GEORG.
dissertatio de *fractione panis in eucharistia:* IO.
ERI *controuersia status inter lutheranos et nouos ca-*
ianos de panis eucharistici fractione, Lipf. MDCVI. 4.
I. MENTZERI *trophæum caluinisticum; oder herrli-*
eszeichen derer caluinischen zu Marpurg ausgeschrienen
n vber der sacramentirischen analogia des caluinischen
rbens, Giess. MDCVIII. 4. eiusdem: *besichtigung des*
zu Marpurg ausgesteckten tropkæi der caluinischen
it, darinnen vornemlich von der sacramentirischen ana-
es brodbrechens gehandelt wird, ibidem MDCIX. 4.
R. FINCKII *disputationes anti-goclenianæ de analogia*
ntali zuingliana et fractione panis caluinistica, Giess.
. 8. IO AFFELMANNI *trias syllogismorum anti-*
icorum, Rostoch. MDCXV. 4. quorum secundo de
ne panis agitur ac de quæstione: num illa sit repræ-

ſentatio fractionis corporis chriſti in cruce? diſputatu
THEODOR. THVMMII diſſertatio de *fractione panis euc riſtici*, *caluinianorum figmentis oppoſita*, Tubing. MDCXXIX.

Inter reformatos ac lutheranos doctores, quorum libi de ſacra cœna nunc recenſui, medium locum tenet MAR BVCERVS, vtpote in doctrina de ſacramento hoc vari inconſtans: nec a Luthero; nec a Zuinglio plane alien pacis ac concordiæ reſtituendæ ſtudioſus. ** Prodieru præter alia ingenii monimenta, illius *ſcripta anglicana ſ omnia, iis etiam, quæ hactenus vel nondum; vel ſparſim; peregrino ſaltem idiomate edita fuere, adiunctis, a Conra Huberto ſingulari fide collecta*, Baſil. MDLXXVII. fol. Volum hoc quatuor partibus conſtat ac complectitur: *explicat nem de ſacra cœna*, qua Bucerus confitetur, chriſtum cu pane vere dare corpus ſuum: *confeſſionem de ſacra cœ* vbi itidem declarat, chriſtum ipſum in epulo hoc præſe tem eſſe ac verba inſtitutionis natiuam ſignificandi vim p ſe ferre: immo ad ea. quæ Zuinglii adſectatores obiiciu reſpondet: aliam *confeſſionem* hac de re, qua caluinianis ſ uet atque exiſtimat, non proprie intelligendum eſſe, ſi d catur, chriſtum eſſe atque in ſacra cœna exhiberi. In r rioribus libris opus hoc numeratur. ***

§. XII.

INTER reformatorum dogmata, quæ grauiora cert mina pepererunt, et illorum ſententia locum habet, deu de æterna hominum ſalute ac damnatione *abſolutum d cretum* feciſſe. Ex falſæ doctrinæ huius fonte alii erro res fluxerunt, atque in his, *gratiam diuinam* vna cu merito chriſti eſſe particularem; nec fidem in ſeruato

rem

* *ſyntagmat. exercitation. academicar. part.* I. p. 1037.

** diuerſa ſcriptorum iudicia de quæſtione: num Bucerus lutheranis an reformatis ſit adnumerandus? recenſui in *der einleitung in die re ligions-ſtreitigkeiten auſſer der lutheriſchen kirche, part.* III. p. 257. ſq

*** conf. *die unſchuldige nachrichten*, 1707. p. 182. VERPOORTENII *com mentationem de Bucero*, p. 50. VOGTII *catalogum librorum rariorum* p. 154. et adde LOESCHERI *ausführliche hiſtoriam motuum, part.* II. p. 18.

s qui ista præditus sit, amitti posse. Dogmata *reformati* defenderunt; ita alii impugnarunt. orum spectant huc sequentia:

CALVINI *de æterna dei prædestinatione, qua in salu- r ex hominibus elegit; alios suo exitio reliquit: item dentia, qua res humanas gubernat, consensus pastorum s ecclesiæ*, ab ipso compositus, Geneu. MDLII. 8. ac eodem loco atque anno 12.* eiusdemque: *breuis ad diluendas nebulonis cuiusdam calumnias, quibus m de æterna dei prædestinatione fœdare conatus est*, ** Quam nuncCaluinus vberius declarauit ac defendit, m de absoluto dei decreto deque prædestinatione iam ud obscure significauerat in *defensione sanæ et ortho- ctrina de seruitute et liberatione humani arbitrii* ac in *ne mutua in re sacramentaria ministrorum tigurinæ ec- lo. Caluini*, contra Albert. Pighium: ***

IODOR. BEZAE liber de *prædestinatione*, Geneu. XIII. 8. quo eum pro dogmate de prædestinatione, no exposito, aduersus Castellionem pugnasse, su- ili:

IRON. ZANCHII commentationes de *prædestinatio- uerantia sanctorum, induratione*: *

ANDI POLANI A POLANSDORF *erklærung etlicher n puncten in religions-artickeln von christo vnd der nadenwahl gottes*, Basil. MDC. 8. ac *didascalia de æter- rædestinatione*, antea memorata:

PISCATORIS scripta, quibus cum CONR. VORSTIO ædestinatione disceptauit. Notauerat PISCATOR ædam in VORSTII libris de *deo* atque eius *apologe- gesi*, veluti haud vera, ac breuioribus adnotationibus uerat. Quæ, manu exarata, quum ad Vorstium isisset ac postulasset, vt falsas sententias retractaret, t Vorstius, se de recta via deflexisse, ac Piscatori er- in notis eius deprehensos, exprobrauit; præterea au-

tatib. eius theolog. p. 593.
p. 629.
quæ dixi in *der einleitung in die religions-streitigkeiten ausser der trischen kirche, part* III. *p.* 88.
: in eius *miscellaneis*.

autem a Piſcatore petiit, vellet permittere, vt ad[...]
eius vna cum reſponſione in lucem emitteret. [...]
teſtate impetrata, VORSTIVS edidit: *paraſceuen a[...]*
nem amicam cum Io. Piſcatore, Goud. MDCXII. 4. [...]
TOR autem oppoſuit: *reſponſionem apologeticam [...]*
paraſceuen, in qua multa ſcripturæ dicta et inprimi[...]
loquuntur de doctrina prædeſtinationis, explicantur, [...]
MDCXIII. 4. Ille; ſiue VORSTIVS, ipſam *amica[...]*
nem cum Piſcatore, Goudæ MDCXIII. 4. iuris publi[...]
PISCATOR cauſſam ſuam egit in *notis ad amica[...]*
nem Vorſtii, Herborn. MDCXIII. 4. Ad eas VORST[...]
ſpondit in *amicæ duplicationis ad Piſcatoris apolog[...]*
ſponſionem et notas eiusdem, amicæ collationi opp[...]
prima, Goud. MDCXVII. 4. iſtaque de prædeſtina[...]
argumentis connexis, videlicet de morte chriſti p[...]
bus: de modo conuerſionis reſiſtibili: de poſſi[...]
rum defectione atque aliis copioſe expoſuit. Im[...]
ſcriptum hoc PISCATOR in *reſponſione ad Vorſti[...]*
duplicationem, Herborn. MDCXVIII. 4. tribus parti[...]
que itidem de prædeſtinatione: de dei miſericor[...]
homines: de poteſtate in negotio ſalutis et dam[...]
de electis ac reprobis: de conuerſione: libero ho[...]
bitrio: perſeuerantia fidelium atque aliis rebus [...]

uersiones in scripta synodalia remonstrantium, quoad articulum primum, Franeck. MDCXXXIX. 8. vbi contra arminianos eorumque articulorum, quibus sententiam suam de prædestinatione declarauerant, primum disputatur:

LVDOV. CROCII de *perseuerantia sanctorum libri septem; item de prædestinatione, libero arbitrio*, cet. Brem. MDCXVI. 8. contra PETR. BERTIVM, arminianum, eiusque *Hymenæum desertorem; seu de apostasia sanctorum problemata*, Francof. MDCXII. Adfirmauit tamen CROCIVS hic, amplliorem esse gratiam diuinam, seque in dogmate de prædestinatione Melanchthonis discipulum professus est. Eam ob rem ecclesiæ reformatæ doctoribus minus se commendauit atque acerbas censuras expertus est; ad sententiæ autem suæ, in *syntagmate theologiæ* propositæ, defensionem eiusdem *dissertationum exegeticarum et apologeticarum*, publicæ luci exposuit:*

RAPHAEL. EGLINI scripta de *gratuita electorum salute* et *iusta reproborum damnatione*, ac de *prædestinatione*, quæ ab aliis commemorantur; a me autem haud visa sunt:

FRIDER. SPANHEMII dissertationes de *prædestinatione*: de *gratia vniuersali*: de *libero arbitrio*: de *perseuerantia sanctorum*.** Præter iam adductos auctores, plures alii inter reformatos de prædestinatione commentati sunt: BV-RVS, KIMEDONCIVS, PERKINSIVS, TWISSVS, ISANVS, WILSONVS, WENDELINVS, AMYRALDVS, IRELAND, HAMMONDVS, RYSSENIVS, ANDREAE, VSORIE, BVRNETVS, HOLZFVSIVS atque alii; de ... dei autem particulari præter reliquos, ABBOTVS, ...ERTVS, WALDSCHMIDIVS, SPIZIVS, DRIESSE-... Sed quum libros eorum inter reformatorum scripta dogmatica, speciatim de prædestinatione ac diuina gratia censui, mentionem istorum nunc omitto. Quæ reliqui contra arminianos de dogmate hoc scripserunt, illos ratius proprio loco commemorare, mecum constitui.

* ...NEMII *consultation. de auctoritate concilii Dordraceni, paci sacris*, p. 24. 99.

** ...ius *syntagm. disputat. theologicar. part.* I. p. 178. sqq.

§. XIII.

In reformatorum dogmate de absoluto dei decreto de
que diuina gratia particulari profligando *lutherani* egre
giam operam poluerunt ac luculenter aduersus illos mon
strarunt, decretum, quod deus de hominum salute a
damnatione ab æterno fecerit, non absolutum; sed hy
potheticum; siue cum conditione coniunctum esse; ne
dei gratiam ad quosdam tantum; sed ad omnes mortale
spectare. Comprobant hoc abunde scripta, a doctori
bus nostris contra reformatos composita atque in lucem
educta. Inter eos, qui cum istis congressi sunt, locum
habent:

MARTINVS LVTHERVS, qui licet non singulari oper
de prædestinatione sit commentatus; variis tamen scripto
rum suorum locis significauit, se de decreto hoc diuino ide
statuisse, quod nos profitemur. Eam ob caussam hoc a m
adnotandum esse, existimaui, quoniam fuerunt, qui ali
persuadere studerent, Lutherum vti de aliis fidei dogma
tibus; ita etiam de prædestinatione cum reformatis co
sensisse. Quam falsum tamen hoc sit, alii monstrarun
Inter reformatos in censum hunc veniunt, præter Za
chium, Piscatorem, Kimedoncium atque alios antiquiore
I) BENEDICTVS PICTETVS, qui in lucem protuli
*virorum immortalis et beatæ memoriæ Lutheri et Calui
consensum in quæstionibus de prædestinatione et reden
tione iesu christi*, Geneu. MDCC. 8. antea autem eun
dem consensum adfirmauerat in *dissertatione de consensu
dissensu inter reformatos et augustanæ confessionis fratre*
MDCXCVII. Opposuerunt se ei: DAN. SEVERIN. SCVL
TETVS in *epicrisi ad Picteti scriptum de consensu Lutheri
Caluini*, addita eiusdem *adsertioni amplissimæ diuinæ grati*
Lips. MDCCI. 8. et IO. MOEBIVS in *animaduersionibus a
Picteti dissertationem de consensu et dissensu inter reformat
et augustanæ confessionis fratres*, Lips. MDCXCIX. et iteru
MDCCII. 4. Contra quas quum PICTETVS edidisset: *vin
dicias dissertationis de consensu et dissensu*, ceter. Gene
MDCC. 8. MOEBIVS respondit in *vindiciis animaduersi
num ad vindicias Picteti*, Lips. MDCCII. 4. II) AVCTOR *pr
fationis*, quæ præmissa est interpretationi latinæ GVII

VRNETI *tractatus de prædestinatione et gratia*, Berolin. MDCCL. 8. III) IO. ALPHONS. TVRRETTINVS in *disquisitione de articulis fundamentalibus*, quam liber eius: *nubes testium pro moderato et pacifico de rebus theologicis iudicio et instituenda inter protestantes concordia*, secum coniunctam habet, vbi * pronuntiare, non dubitat, Lutherum æque du-:: immo forte durius vllo reformatorum, de prædestinatione loquutum esse: IV) STEPHANVS VITVS in *apologia, qua synodus dordracena et reformata fides vindicatur*, MDCCXXVI. 8. et in *vindiciis synodi dordracenæ*, idem MDCCXXVIII. 8. qui Lutherum aperte atque impudenter calumniatus est, cum fuisse supralapsarium; ob mendi autem libidinem hanc iustas expertus est castigationes: V) IO. HENR. RINGIER in dissertatione de *consensu protestantium in doctrina de prædestinatione*, Bern. MDCCXX. 4.** IO. LVDOV. SCHLOSSERVS *** profligauit: VI) adiungendi sunt: FRID. SPANHEMIVS, * IO. IACOB. HOTTINGERVS, ** PETRVS YVON in *epistola de prædestinatione gratia dei*, Amstelod. MDCLXXXI. 12. contra quem IO. ZENTGRAVIVS *præfationem apologeticam* ad LVTHERI librum de *seruo arbitrio* scripsit. Quemadmodum adducti doctores probare conati fuerunt, Lutherum reformatis suffragari pro prædestinatione; alii autem consensionem de sacra cœna monstrare voluerunt, ante commemorati; ita exstiterunt, qui adfirmarent, Lutherum de singulis doctrinæ controuersis capitibus cum reformatis sensisse. Posterioris generis sunt: NEODORPIVS in *Luthero orthodoxo; oder grund Lutheri, das ist, in der wahren, alten, beständigen lehre des theuren mannes gottes vnd tapfern christen D. Martin Lutheri*, Francof. MDCXII. 8. *** MDCXV. 8. ac IO. MAVRIT. MOMMERS in *reformato*, quem belgico sermone MDCCXXIX. in lucem

* p. 49. sqq.
** descripta est *temp. heluetic. tom.* II. *sect.* 3. p. 378.
*** *append.* II. *Lutheri lutherani.*
* *controuers. tom.* III. *oper.* p. 898.
** *fatis doctrinæ de prædestinatione et gratia dei salutari, libr.* IV. *cap.* I. §. 16. sqq. p. 12.
*** *vnschuldige nachrichten*, 1717. p. 964.

lucem emisit; refutatus autem iste est erudite ac copio
a IO. LVDOV. SCHLOSSERO in *Luthero lutherano, Luthero r*
formato Io. Maurit. Mommers opposito, Hamb. MDCCXXXIX.
Accessit eiusdem *Lutherus lutheranus qua argumentum*
sacra cœna, quem antea itidem contra Mommers ediderat

Non longe a reformatis nonnulli nostrorum theolog
rum discedunt, quando existimant, Lutherum in libro
seruo arbitrio mentem suam de prædestinatione ita decl
rasse, vt haud obscure pateat, illum ac Caluinum inter
haud discrepare. In eorum numero sunt: IOANN. PA
DOCHEVS, qui iuris publici fecit: *consensum orthodoxi*
ecclesiæ lutheranæ in doctrina de prædestinatione, das ist, ei
hellige vnd gleichstimmende lehre der lutherischen kirchen v
der gœttlichen vorsehung aus den schriften Lutheri vnd vie
anderer der augspurgischen confession verwandten theologi
Helmstad. MDXCVI. 8.* ac LAVRENT. KLIMPKIVS, cui
exstat: *kurtzer vnd einfaltiger; aber schriftmæsiger beric*
von der gnadenwahl der kinder gottes zum ewigen leben, sa
einem anhang, worinnen klar vorgestellet wird, daß in der le
re von der gnadenwahl alle wahre reformirte recht gut luth
risch gesinnet seynd, Herborn. MDCX. 8. ac fine loci menti
ne, MDCCXII. 8. Auctor nominat se sacerdotem luthe
num. Pugnat pro absoluto æternæ salutis ac damnatio
decreto ac semper Lutherum, veluti testem, aduocat.
Referendi et huc sunt: GEORG. CALIXTVS,*** HENRI
LYSIVS, * CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS;** qui tam
aliis locis mitiorem sententiam hac de re fert,*** atq
a

* conf. *consilia theolog. vitemberg. tom.* 1. p. 255. *vnschuldige nachric*
1715. p. 634.

** vid. SCHLOSSERI *adpend.* 1. *Lutheri lutherani*, p. 50.

*** *consultat. de tolerantia reform.* p. 12. ac *consideration. doctrinæ*
formator. iuxta ductum confession. Thoruni Borussor. exhibitæ, p.

* sermone sacro, cuius titulus est: *kurtzer begrief der religion S*
monis vnd anderer glaubigen, MDCCXII.

** in *adloquio irenico ad protestantes*, p. 11. ac dissertatione de *influ*
dogmat. de prædestinationis et reprobat. decreto absoluto in praxin
et pietatis, p. 16.

*** in *den gesamleten schriften, so zur vereinigung der protestirenden l*
chen abzielen, part. 1. p. 118.

alii. Qui ita de Luthero iudicant, adprobasse illum dogma de absoluto decreto, argumenta sua sumunt præcipue ex eius libro de *seruo arbitrio* ac *præfatione* ad *epistolam ad romanos*; nihil autem ista ad probandum valere iniuriamque fieri Luthero, nostrates luculenter satis ostenderunt, licet non omnes eamdem rationem inierint, caussam eius agendi. Alii illum defendunt, præsertim librum eius de *seruo arbitrio*, voluntque, vt, quæ videantur duriores, voces, a Luthero adhibitæ, rite recteque intelligantur: PETR. videlicet HABERKORNIVS in *necessaria et solida vindicatione libri beati Lutheri de* seruo arbitrio, Giess. MDCLXVIII. 4. SEBAST. SCHMIDIVS in *breuibus adnotationibus, quibus beatus pater Martinus Lutherus ab adcusatione, quasi absolutum caluinianum; vel durius aliquod dei decretum in libro de* seruo arbitrio *statuerit, præcipue vindicatur*, cum ipso Lutheri libro, Argentorat. MDCLXIV. 8. editis: IO. IOACHIM. ZENTGRAVIVS in iam memorata *præfatione apologetica contra Petrum Yuonem*, editionis sæpe dicti libri, Argentorat. MDCCVII. 4. Alii non defendunt quidem ea, quæ Lutherus de seruo arbitrio duriter scripsit: immo fatentur, ista ita comparata esse, vt ad dogma de prædestinatione absoluta trahi facile possint; adferunt tamen rationes, non contemnendas, cur excusari debeat, ac probant præterea ex reliquis Lutheri scriptis, eum statuisse, gratiam dei non particularem; sed vniuersalem esse: prædestinationem non absoluta diuina voluntate; sed præuisa fide niti. Magnus est huiusmodi scriptorum numerus. Nominasse sufficiat: GEORG. AVTVMNI *Luthers lehre vom freyen willen vnd bekehrung des menschen zu gott, aus seinen schriften gezogen*, Isleb. MDLXV. 4. IO. TRELLVNDI dissertationem de *Luthero, doctrinæ absoluti decreti suspicione multis et manifestis euangelicæ ipsius doctrinæ testimoniis absoluto*, Hafn. MDCCXVII. *Lutheri wahre meinung von der allgemeinen gnade gottes: der allgemeinen kraft des verdiensts christi: der ewigen versehung verstockung vnd andern dahin gehærigen materien*, cura *Io. Iac Rambachii*, Ien. MDCCXXII. MDCCXXVII. 8. GVSTAVI LISSEI

primis KLEMMIVS in *der verheidigten glaubens-einigkeit der protestantischen kirche*, MDCCXXII. 4.

SEI *defensionem pro theologis euangelicis seculi reformationis sigillatim pro Luthero*, cetet. *aduersus dicam particularism ipsis ab auctore litterarum de statu negotii irenici apud tubingenses iniquissime impactam*, MDCCXXIV. 4. ERNES. LEOPOLD. FRID. BEHMII *interpretationem locorum quorumdam, quæ in beato Luthero aliisque theologis seculi reformationis nonnullis difficultatem in articulo de prædestinatione habere videntur*, cum *Io. Laur. Moshemii* præfatione, Helm. MDCCXXIX. 4.* IO. LVDOV. SCHLOSSERI *Lutherum lutheranum*, antea laudatum. Reliqua dimitto:**

SAMVEL HVBERVS, qui variis scriptis reformatos impugnauit atque edidit: *beweisung, daß die heidelbergischen theologen ihre græuliche lehre wieder das leiden christi verdecken vnd verbergen*, cet. Tubing. MDXC. 4. *entdeckung des caluinischen geistes, welcher sich vnterstehet, das leiden christi fur vnsere sunde zu verlæugnen vnd aufzuheben*, Vitemberg. MDXCIII. 4. quorum scriptorum quum supra mentionem feci, nunc addo eiusdem: *drey figuren, welche anzeigen, wie die caluinische lehre zu christi verlæugnung vnd endlicher verzweifelung angerichtet sey*, Vitemberg. MDXCIII. 4. ac *theses christum iesum esse mortuum pro peccatis totius generis humani* Tubing. MDXCII. Constat tamen, ipsum Huberum in errorem de prædestinatione incidisse ac praue putasse, spectare illam ad cunctos homines, siue isti in christi meritis fiduciam collocent; siue minus, de quo infra exponam:

PHILIPP. NICOLAVS in *dem bericht von der Caluinisten gott vnd ihrer religion*, Francof. MDXCVII. 8. Lips. MDCXX. 12. cum quo scripto ob idem argumentum coniungo: IO. AFFELMANNI *syllogismum anti-caluinisticum quo euincitur, non esse eumdem orthodoxorum et caluinianorum deum*, antea in *triade syllogismorum anti-caluinisticorum*** exhi

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1731. p. 236.

** notitiam horum scriptorum vberiorem dedi in *introductione in controuersias Lutheri*, quam *tomo* XVIII. *operum Lutheri* præmisi p. 135. sqq. cuiusmodi syllabus etiam habetur in FABRICII *centifolio lutherano*, p. 435. et 822. ac LOESCHERI *ausfuhrliche historia motuum, part.* II. p. 280.

*** prodiit *trias* horum *syllogismorum*, Rostoch. MDCXV. postea autem locum obtinuit in AFFELMANNI *syntagmat. exercitat. academicarum part.* I. p. 1023.

Qui ita de Luthero iudicant, adprobasse illum dogabsoluto decreto, argumenta sua sumunt præcipue libro de *seruo arbitrio* ac *præfatione* ad *epistolam ad* ; nihil autem ista ad probandum valere iniuriam-i Luthero, nostrates luculenter satis ostenderunt, omnes eamdem rationem inierint, caussam eius Alii illum defendunt, præsertim librum eius de *arbitrio*, voluntque, vt, quæ videantur duriores, vo-uthero adhibitæ, rite recteque intelligantur: PETR. HABERKORNIVS in *necessaria et solida vindicatione* *Lutheri de* seruo arbitrio, Giess. MDCLXVIII. 4. SCHMIDIVS in *breuibus adnotationibus*, *quibus pater Martinus Lutherus ab adcusatione*, *quasi absolu-inianum; vel durius aliquod dei decretum in libro de* arbitrio *statuerit*, *præcipue vindicatur*, cum ipso Lu-libro, Argentorat. MDCLXIV. 8. editis: IO. IOACHIM. GRAVIVS in iam memorata *præfatione apologetica con-rum Yuonem*, editionis sæpe dicti libri, Argentorat. II. 4. Alii non defendunt quidem ea, quæ Luthe-seruo arbitrio duriter scripsit: immo fatentur, ista parata esse, vt ad dogma de prædestinatione absolu-hi facile possint; adferunt tamen rationes, non conte-ndas, cur excusari debeat, ac probant præterea ex reli-Lutheri scriptis, eum statuisse, gratiam dei non par-larem; sed vniuersalem esse: prædestinationem non luta diuina voluntate; sed præuisa fide niti. Magnus huiusmodi scriptorum numerus. Nominasse sufficiat: RG. AVTVMNI *Luthers lehre vom freyen willen vnd be-rung des menschen zu gott, aus seinen schriften gezogen*, b. MDLXV. 4. IO. TRELLVNDI dissertationem de *Lu-ro, doctrina absoluti decreti suspicione multis et manifestis ngelicæ ipsius doctrinæ testimoniis absoluto*, Hafn. MDCCXVII. *theri wahre meinung von der allgemeinen gnade gottes: der gemeinen kraft des verdiensts christi: der ewigen versehung, rstockung vnd andern dahin gehœrigen materien*, cura *Io. Iac. mbachii*, Ien. MDCCXXII. MDCCXXVII. 8. GVSTAVI LIS-

primis KLEMMIVS in *der verbeidigten glaubens-einigkeit der protestantischen kirche*, MDCCXXII. 4.

prædestinatione filiorum dei ad vitam æternam: an et quat nus iustificati possint excidere gratia dei?*

IVSTVS FEVRBORNIVS in *syntagmate primo sacrarum disquisitionum*, in quibus, vt titulus habet, æterna hominum plerorumque absoluta reprobatio destruitur: vniuersal christi meritum adstruitur: christus, noster apud deum pa trem aduocatus ac pro nostris ac totius mundi peccat ἱλασμὸς, describitur;** præter hoc autem, reliquit disse tationes de *electione et vocatione nostrum ad salutem et vita æternam:**** de *diuina nostri ad vitam æternam electione*: de *æterna hominum incredulorum reprobatione*:**

IO. HIMMELIVS, qui scripsit quinque disputation contra *absolutum caluinianorum*, Ien. MDCXL. 4.

IO. HVLSEMANNVS, inter cuius ingenii monimenta controuersiam hanc pertinent: *orthodoxia prædestination ex Ephes.* I, 4. sq. *adserta* et pontificiis, caluinianis, phot nianis, arianis et huberianis opposita, Vitemberg. MDCXLI disputatio de *prædestinatione*, Lips. MDCLVIII. hisque adiun potest eiusdem tractatus de *auxiliis gratiæ*, quoniam ist gratiam dei vniuersalem esse, adcurate probat ac reform tos solide refellit:

IO. MVSAEVS in dissertatione, tam magna, vt speci libri præ se ferat, de *æterno electionis decreto, an eius a qua extra deum caussa impulsiua detur; nec ne?* Primam l cem illa adspexit, Ien. MDCXLVI. sub titulo: de *æterno præ destinationis decreto, an absolutum sit; nec ne?* Quum auct rem *exercitationum theologicarum itemque philosophicarum vt et miscellanearum selectarum*, Marpurg. MDCLXVI. q SAMVEL ANDREAE est, aduersarium nancisceretur, d fensionis caussa MVSAEVS eam iterum describendam cur uit atque vberiorem reddidit, sub memorata inscription Ien. MDCLXVIII. eidemque hosti dissertationem *super* e

---

* exstant: *disputat. giessens. tom.* II. p. 308. *tom.* III. p. 387. *tom.* p. 158. *tom.* VI. p. 45.

** quod est in eiusdem *oper. theolog.* p. 1041.

*** *ibidem* p. 361.

* *ibidem* p. 1732.

** *ibidem* p. 1774.

... IX. cum. II. 12. 13. *epistol. ad Romanos* opposuit. Ab vtraque commentatione vtilitas exspectanda est non mediocris:

IO. MVLLERVS, cuius prodiit: *absolutum decretum, das bloßer rathschlus gottes, aus welchem er den græsten theil der menschen ohne ansehung des vnglaubens vnd der sunde zur ewigen verdamnis verstoßen; die andern aber ohne ansehung des glaubens in christum zum ewigen leben erwehlet, nach der lehre der dorderchtischen synodi aus heiliger gœttlicher schrift geprüfet vnd wiederleget*, Hamb. MDCXLIX. MDCLII. MDCXCV. 8. liber, qui auctoris diligentiam atque eruditionem ostendit:

IO. MICRAELIVS in *heterodoxia caluiniana de prædestinatione*, libris duobus, Stetin. MDCLI. 4. MDCLXV. 12.

... LOESCHERVS in *palladio, caluinianis erepto*, Vitemberg. MDCLXXXVIII. 4. vbi IO. TAVFRERI *disputationes apologeticæ de absoluto reprobationis decreto*, contra Piscatorem, antea Argent. MDCXVI. 4. editæ, exhibentur:

ANONYMVS in *tractatu aduersus reprobationis absolutæ decretum, noua methodo et succinctissimo compendio adornato*, Londin. MDCLXXXIII. quod opusculum et breuitate et adcuratione se commendat. Auctor ostendit, dogma reformatorum non solum dei perfectionibus atque apertis scripturæ effatis repugnare; sed etiam religioni pariter ac societati ciuili damnum adferre:

DAN. SEVER. SCVLTETVS, qui dedit: *adsertionem amplissimæ diuinæ gratiæ, ad responsionem Bened. Picteti repetitam*, Lips. MDCCI. 8.

GVST. PHIL. MOERL, cuius *vindiciæ doctrinæ de gratia prædestinationis*, Norimb. MDCCII. 8. lucem viderunt:

ADAM. HEROLDVS in *palladio reformatorum, a sua sede destructo, id est, doctrina de absoluta dei gratia; vel decreto, ex cap. IX. epistol. ad Roman. subruta et euersa*, Lips. MDCCVI. 4. *

IO. ANDR. GRAMLICHIVS, cuius ideo mentionem facio, quia, postquam *tractatum theoretico-practicum de fœderibus diuinis*, Lugd. Batau. MDCCXV. 8. euulgauerat, post duorum annorum spatium sub nomine *Io. Fœderophili*, *nouum strictissimum contra potissimas caluinianorum hypotheses argumen-*

* ... act. erudit. MDCCVII. p. 73.

mentum, ex propria ipsorum doctrina de fœderibus diuin erutum, em sit atque ostendit modum, quo contra re formatorum dogmata de absoluto decreto: de fide hau amittenda: de gratia dei, cui haud resistendum sit, dequ sacra cœna, ex doctrina de fœderibus diuinis, cum generi tim; tum speciatim operum ac gratiæ, argumenta sumei da sint:*

AVG. GLANAEVS in *der besiegten particularisterey, i grundlicher wiederlegung der treuiranischen vertheidigun zum ruhm der allgemeinen gnade gottes in christo*, MDCCXXIX. cuius scripti hæc data fuit occasio. Iuris publici feci LVD. GEORG. TREVIRANVS sermonem sacrum in Paul oraculum *Rom.* VIII, 34. cum titulo: *ruhm der glaubig von dem todt iesu*, Brem. MDCCXX. 4. eoque probare co natus est, christum pro solis electis mortuum esse; in pra fatione autem temere adfirmauit, Lutherum eadem hac d re cum reformatis statuisse.** Refutatus est ab ESDR. HENI EDZARDO in *dem spiegel des bœsen geistes, der sich in d hœchst ærgerlichen predigt Treuirani reget*, Hamb. MDCCXXI. a GERH. MEIERO in *dem wahren ruhm aus dem euangel von der allgemeinen gnade gottes*, cum *Erdm. Neumeiste* præfatione, contra quos aduersarios quum TREVIRANV defensionem; siue *vnumgænglich-nothwendige vertheidigun* ederet, GLANAEVS memoratum librum ipsi opposuit.*** Præter dissertationes iam memoratas, exstant aliæ, cont Caluini sectatores scriptæ: SALOM. GESNERI *pro lib christianæ concordiæ de prædestinatione:* IAC HENNINGI de *ecclesiæ reformatæ hypothesibus, iustitiæ diuinæ essentia aduersis*, Gryphisw. MDCXCIX. IO. GVIL. PETERSENI *an deus ab omni æterno, iuxta reformatorum sententiam, al quos, citra vllum christi et fidei respectum, elegerit*, MDCLXXV VAL. ERNEST. LOESCHERI de *paroxysmis absoluti decret*

Virem

---

* in scriptum hoc acerbior animaduersio facta est in *der abgesonderte bibliotb. part.* IV. p. 275. eo autem consilio, vt caussa reformat rum ageretur.

** *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1720. p. 299.

*** vid. *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1730. p. 439. et SCHLO SERI *adpend.* I. *Lutheri lutheran.* p. 81.

Vitemb. MDCCVII.* GOTTL. WERNSDORFII de *abſoluto prædeſtinationis et electionis decreto, veræ conſolationis impatienti*, Vitemb. MDCCXXVI. Sunt plures alii noſtrorum theologorum, qui dogma de prædeſtinatione expoſuerunt: HVNNIVS, HVTTERVS, BATTVS, SIGWARTVS, ZENTGRAVIVS, HOLZHAVSIVS, BVTTSTEDIVS, SCHVBERTVS ac reliqui: qui eamdem operam in explananda doctrina de gratia dei collocarunt: HEMMINGIVS, MEISNERVS, CALOVIVS, MAVKISCHIVS, HENNICHIVS, FEVERLINVS, LANGIVS, GOSSELIVS atque alii: qui non ſolum libros; verum etiam diſſertationes ſcripſerunt. Sed omitto eos, quia non tam polemicam; quam dogmaticam tractandi rationem ſequuti ſunt hancque ob cauſſam enumeratio iſtorum ſupra facta eſt:

Illorum adhuc mentionem a loco hoc haud alienam eſſe, puto, qui ſingulari ſtudio id egerunt, vt hiſtoriæ dogmatis de prædeſtinatione ac controuerſiæ de iſto lucem adferrent. In illis ſunt: CHRIST. MATTH. PFAFFIVS, cuius *ſpecimen hiſtoriæ dogmaticæ in articulo de gratia et prædeſtinatione* in orbis eruditi conſpectum venit, Tubing. MDCCXVII. ſeque adparatu rerum eruditarum commendauit:** PHILIPP. A LIMBORCH in *relatione hiſtorica de origine et progreſſu controuerſiarum in fœderato belgio de prædeſtinatione*:*** IO. IACOB. HOTTINGERVS, qui amplum ſatis opus in lucem emiſit ſub inſcriptione: *fata doctrinæ de prædeſtinatione et gratia dei ſalutari ſecunda et aduerſa, inde a beato apoſtolorum exceſſu ad hæc vsque tempora in annales digeſta*, Tigur. MDCCXXVII. 4. cui auctor quidam ſub nomine DAN. SNITTLINGII oppoſuit *animaduerſiones* aliquot plagularum MDCCXXVIII. Qui ſcriptores vti religione chriſtiana inter ſe differunt; ita eosdem diuerſam, rem enarrandi ac diiudicandi, rationem iniiſſe, haud difficulter intelligendum eſt.

§. XIV.

* eſt in eius *initiis academicis*, Vitemb. MDCCVII. editis. Recenſetur [illegible] *nouis litterariis hamburgenſ.* MDCCVIII. p. 180.

** [illegible]tum eſt in *primitiar.* eius *tubingenſ. part.* I. p. 87. germanice [illegible] exſtat in eiusdem *geſamleten ſchriften, ſo zur vereinigung der* [illegible] *irrenden kirchen abzielen, part.* I. p. 118.

*** [illegible] eſt illius *theolog. chriſtianæ*, editæ Amſtelod. MDCCXV.

§. XIV.

EXORTAE sunt aliæ controuersiæ inter reformatos lutheranos; quæ autem ad nullum fidei dogma specta hocque nomine leuioris sunt momenti: de *decalogi* mirum *diuisione*, de qua reformati a nobis ita discrepa vt ad primam tabulam non tria; sed quatuor præce referant ac dei verba de simulacro non formando si gulare præceptum esse, statuant; secundam autem n septem; sed sex mandata complecti ac quibus nonum d cimumque locum adsignamus, ea, vt sint vnum, conin genda esse, opinentur: de *vsu imaginum in templi* quem reformati plane improbant atque de *exorcismo*, quo isti itidem abhorrent. Disputatum igitur fuit:

I. de *diuisione decalogi.*

Contra reformatos prodierunt: IO. SALMVTHI *thes quibus discrepantes doctorum ecclesiæ opiniones de distributio præceptorum decalogi in duas tabulas et quot ad harum singu præcepta referenda sint, ita explicantur, vt tria ad tabul priorem: ad posteriorem septem conuenientius referri, adpare* Lips. MDCLXXXIII. 4. LAVR. CODOMANNI *eintheilung d heiligen zehn gebote gottes, wieder die vnzeitige verneueru der sacrament-schwermer*, Francof. MDLXXXV. 4. IO. WI CKELMANNI dissertatio de *diuisione et mutatione decalog item de imaginibus*:* DAN. CRAMERI de *distinguendo dec logo quoad præceptorum numerum, pro communi et a D. Marti Luthero recepta distinctione contra illam, quam caluiniani a plectuntur*, Stetin. MDCXII. 8. WOLFGANG. FRANZII disp tatio de *distinctione præceptorum decalogi:* DAN. WEIMA *demonstratio de vera decalogi diuisione, ex infallibili dupli accentuationis principio data*, Ciz. MDCLXXXI.** Exstat iam SAM. BOHLII *vera diuisio decalogi ex infallibili princi accentuationis*, Rostoch MDCXXXVII. MDCLX. 4. qui aute pro reformatis scripsit: ***

II.

* *disputat. giessens. tom.* I. p. 435.

** habentur etiam dissertationes: OPITII de *vsu accentuationis* ... *mmæ in genuina diuisione decalogi*: DANDORFII de *decalogo, ex fu damento accentuum examinato*, atque aliæ huius generis.

*** conf. FABRICII *centifol. lutheran.* p. 853.

II. de *vſu imaginum in templis:*
de quo ſuperiore ætate inter theologos vitembergenſes atque anhaltinos et ambergenſes acriter diſceptatum eſt, ita vt illi vſum imaginum, quæ in ſe haud reprehendendæ ſint, in ſacris ædibus defenderent; hi autem plane improbarent. In ſcriptis, ab vtraque parte editis, locum habent: *der theologiſchen facultæt zu Vitemberg antwort auf die anhaltiſche ſchrift von der abwerfung der bilder, altære*, ceter. MDXCVII. 4. *anleitung, wie das wittenbergiſche buch wieder die anhaltiſchen zu leſen*, Amberg. MDXCVII. *abfertigung ſolcher anleitung*, Vitemb. MDXCVII. 4. *antwort auf die abfertigung*, Amberg. MDXCVIII. 4. *endliche antwort auf der anhaltiſchen prediger abfertigung*, Vitemb. MDC. 4. Ad horum ſcriptorum numerum etiam pertinent: ABR. TAVRERI liber: *wieder den neuen bilderſturmeriſchen carlſtædtiſchen geiſt im furſtenthum Anhalt*, Isleb. MDXCVII. 4.* SIM. GEDICCI *bericht vnd wiederlegung des zerbſtiſchen buchs, wieder die bilder vnd altarſturmer*, Magdeburg. MDXCVII. 4.** Bellum hoc quum exſtinctum eſſe videretur, renouauit illud ABR. SCVLTETVS, ex quo in lucem protulit: *ſermonem de imaginibus idololatricis*, Francof. MDCXX. Oppoſuit illi THEOD. THVMMIVS *Scultetum iconoclaſten, hoc eſt, demonſtrationem, in qua contra Abr. Scultetum imaginum iactura earumque vſus in templis hiſtoricus ex verbo dei et pia antiquitate tractatur*, Tubing. MDCXX. 4. ac FRID. BALDVINVS edidit: *gegenbericht auf Abr. Sculteti vermeinten ſchriftmæſigen bericht von gœtzenbildern*, Vitemb. MDCXX. 4. et *ausfuhrlichen vnd in gottes wort wohlgegrundeten bericht von bildern gottes, chriſti vnd der heiligen, in vnd auſſerhalb den gotteshæuſern, darinnen zugleich Theophilo Moſano geantwortet wird*, ibidem MDCXXI. MDCLXIII. 4. qui MOSANVS cauſſam Sculteti defendendam ſuſceperat in *der rettung der predigt Sculteti von gœtzenbildern*, Hanou. MDCXX. 4. De eadem re IO. CONR. DANNHAVERVS commentatus eſt ac ſingularem librum in lucem emiſit, ſub inſcriptione: *iconothetes chriſtia-*

AFFTII *hiſtorie vom exorciſmo*, p. 522.
714.

stianus, adiaphorus, libertatis vindex, medius, sequester inter ido plasten, idolicolam tridentinum et iconoclasten, iconomachum, m hometico-puritanum, Argent. MDCLXV. 4. Nec prætermi debent: IO. SCHROEDERI *apodixis theologica de imagi bus, ad habendum; sed non ad colendum christiano populo c cessis*, Suinfurt. MDCVI. 8. BALTHAS. MENTZERI *beri von den zehn geboten: von den bildern: vom brodbrechen heiligen abendmal: von der art vnd weise, recht vnd behuts zu reden von der person vnd dem amt iesu christi*, Gi MDCXXVI. 12. CHR. MATTH. PFAFFII dissertatio de *quod licitum est circa picturam imaginum trinitatis et per narum diuinarum*, vbi multa dicta sunt, quæ ad litem h pertinent.

III. de *exorcismo baptismi.*

Reformati, exorcismum a sacris baptismi peragend plane remouendum esse, putant; nostrorum autem the logorum de eo sententia non vna eademque est. Alii cu Caluini sectatoribus se coniunxerunt: alii, se a ritu h alienos esse, non negarunt; simul autem professi sunt, i rogationem eius prudentiæ legibus aduersari: alii denique pro vsu illius pugnarunt. Qui quum reformatis resis rent, diuersis temporibus inque diuersis regionibus ace biores sæpe ac longiores lites ortæ sunt, multaque scrip vtriusque partis in lucem prodierunt. Ex nostratib qui in certamen hoc venerunt, primus nominandus es IVSTVS MENIVS, qui edidit libellum huius tituli: *vo exorcismo, daß der nicht als ein zauberischer greuel zu ve dammen; sondern in der gewœnlichen action bey der tauffe m gott vnd guten gewissen wohl gehalten werden mæge*, Erfur MDLI. 8.* Post eum TILEMANN. HESHVSIVS exorci mum vehementer defendit eique maiorem vim, quam p est, tribuit in *epistolis duabus de exorcismo in actione baptism* quæ vna cum PHILIPP. MELANCHTHONIS epistola d eodem argumento, Ien. MDLXXII. Hal. MDLXXXIX. 4. exi runt;** germanice autem Francof. ad Oder. MDXCI.***

Acce

* *vnschuldige nachricht*. 1713. p. 9. adde KRAFFTII *historie vom e orcismo*, p. 351.

** latine exstant in DEDEKENNI *consiliis, vol.* 1. *part.* 2. p. 149.

*** vid. KRAFFTIVM *excitat. loc.* p. 369.

Acceſſit IACOB. COLERVS in libro *von dem exercismo*, MDLXXXVIII.* quumque ita aliquot ſcripta de exorciſmo lucem adſpexiſſent, coniunctim illa cum quibusdam aliis edita ſunt, ſub inſcriptione: *vom exorcismo, daß er ohne ver letzung des gewiſſens bey der tauffe wohl mag gebraucht vnd behalten werden, etliche tractatlein*, Francof. ad Oder. MDXC. 8.**

Inprimis de hac baptiſmi ceremonia inter anhaltinos, maxime Wolfgang. Amlingium, qui illorum princeps erat, atque eccleſiæ noſtræ theologos multa ſunt diſputata, poſtquam iſti exorciſmum, adhuc vſitatum, abrogauerant. Prodiit: *tauf-buchlein fur die kirchen im furſtenthum Anhalt, mit erzehlung etlicher hochwichtigen vrſachen, warum der exorcismus abgeſchaft*, MDXC. 4. ſine mentione loci, cuius libelli AMLINGIVS auctor eſſe, dicitur. In eo exorciſmus omiſſus eſt ac variæ cauſſæ enarratæ ſunt, cur illud factum fuerit. Eam ob rem ſcripta non pauca, contra iſtum compoſita, in lucem exierunt, eaque: *extract; oder auszug wieder die Anhalter*, MDXC. *bericht vom exorcismo vnd gebet bey der heiligen tauffe, wieder die neuen amlingiten vnd caluiniſten, ſo neulich den exorcismum im furſtenthum Anhalt abgeſchaft; aus Nurnberg an einen guten freund geſchrieben*, MDXC. 4.*** CHRIST. KITTELMANNI *bericht von dem exorcismo, das iſt, von den worten:* fahre aus du vnreiner geiſt, ceter. *daß Wolfgang. Amling keine erhebliche vrſachen gehabt, warum er denſelben zu Zerbſt vnd anderswo im furſtenthum Anhalt abgeſchaft*, MDXC. 8. item: *Anhaltinorum antwort auf etliche neulich wieder die anhaltiſche kirchendiener ausgeſprengte ſchmæhcharten*, Serueſt. MDXC. 4. præter quæ, plura alia ſcripta huc ſpectant, partim pro reformatis: partim contra eosdem edita. In cenſum eorum veniunt: DAN. HOFFMANNI *orthodoxa doctrina de exorcismo in adminiſtratione baptismi*, MDXCI. 4. *bericht vom exorcismo bey der tauffe, aus drey vnterſchiedlichen ſchriften genommen vnd auf anordnung des miniſterii der alten ſtadt Magdeburg zuſammen gedruckt*,

* [illegible] KRAFFTIVM *excitat. loc.* p. 378.
** [illegible] *lige nachrichten*, 1714. p. 405.
*** *von alten vnd neuen theol. ſachen*, 1737. p. 406.

Magdeburg. MDXC. 8. *protestatio der anhaltischen kirchen diener wieder das vntheologische schelten vnd lestern d pfarrers zu Calbe*, Cratonis videlicet, quem anhalti adgressi sunt ob vindicias LVTHERI *libelli baptismali* paullo post memorandas: GEORGII MYLII disputatio de *abrogatione exorcismi*, Ien. MDXCI. ac germanice ibidem atque eodem anno ac Budiss. MDXCIV. ADAMI CRATONIS *rettung des christlichen tauf-buchlei Lutheri*, sine loci indicio, MDXCI. 4. et *verantwortung a die protestation etlicher anhaltischen kirchendiener*, Gerap MDXCI. 4. POLYCARP. LYSERI *bedencken, was von d exorcismo bey der tauffe vnd abschaffung desselben zu halt sey*, MDXCI. 4.* cui quum AMELINGIVS nomine anhal norum opponeret: *beweis, daß der exorcismus bey der hei gen tauffe wieder die vornehmsten hauptstucke des catechis streite*, Seruest. MDXCI. 4. idem LYSERVS edidit: *beric vom exorcismo*, Ien. MDXCII. 4. atque anhaltinos confu Iidem aduersarii oppugnati sunt: in CHRISTIAN. WA MVNDI *erklærung des neuen tauf-buchleins der prediger i furstenthum Anhalt*, MDXCI. 4. THOM. SIGFRIDI comme tatione: *an exorcismus de essentia religionis sit; an vero ta tum ceremonia? Simul respondetur ad obiectiones*, MDXCI. IO. OLEARII *criminatorum pagellæ seruestaniæ, quæ strena i scribitur, depulsione necessaria, cum. disputatione de exorcism et refutatione* XX. *obiectorum, quibus Amlingius hanc piam c remoniam infamat*, Hal. MDXCI. VITI ABELI *unterricht v den kindern der glaubigen: von dem exorcismo vnd von d kraft der heiligen tauffe*, Helmstad. MDXCI. 4. ERASM ALBERI *bericht von der kinder tauffe, samt vorrede Selne cers vom exorcismo*, MDXCI. CHRISTIAN. KITTELMANN *apologia; oder schutzschrift, in welcher er sein buchlein v exorcismo wieder Amlings vermeinte antwort rettet*, MDXCI sine loci mentione: GEORG. LYSTHENII *an das consistorium zu Leipzig drey vnterschiedliche schreiben, als nemlich excusatio, protestatio, refutatio wegen der neuen wittenberge theologen, ihme vnd andern superintendenten von oberweh ten consistorio zugeschickt, recht zuinglischen vnd gut calvini sche*

* *vnschuldige nachrichten*, 1719. p. 770.

schen bedencken von abschaffung des exorcismi bey der tauffe, Magdeburg. MDXCII. 4. Memorantur etiam: GEORG. PLANITII *bericht vom exorcismo bey der heiligen tauffe*, MDXCI. 4. GEORG. STOERII *begrief der streitigen religions - sache von der abschaffung des exorcismi*, MDXCII. 4.* SIMON. GEDICCI *kurtzer vnterricht vom exorcismo*, vna cum LVTHERI *tauf-buchlein*, Magdeburg. MDXCI. 8.

Quum per aliquot tempus reformati, hac de re dimicare, desiissent, anhaltini occasionem præbuerunt nostratibus, ad certamen redeundi, postquam in lucem protulerant scriptum, cuius titulus est: *erinnerungs - schrift etlicher von adel vnd stædten an den fursten zu Anhalt, Io. Georgen, samt darauf erfolgter gnædiger verantwortung vnd erklarung*, Seruest. MDXCVI. 4. Ad libellum hunc confutandum theologi vitembergenses se contulerunt atque emiserunt: *nothwendige antwort auf die im furstenthum Anhalt ohnlængsten ausgesprengte heftige schrift*, Vitemberg. MDXCVII. 4. A quibus vt anhaltini se defenderent, libellum suum iterum in lucem ediderunt atque adiecerunt: *anleitung, wie man das wittenbergische buch hieuon mit frucht vnd nutz lesen mæge*, MDXCVII. 4. Non defuerunt tamen, qui illis resisterent. IO. OLEARIVS pugnauit contra eos in *der treuhertzigen warnung vnd bericht wieder den caluinischen greuel der verwustung, in des furstenthums Anhalt kirchen, neulich mit gewalt eingesetzet*, Hal. MDXCVII. Eodem anno ZACHARIAS SCHILTERVS Lipsiæ iuris publici fecit: *designationem doctrinæ de libertate christiana: de traditionibus et ceremoniis humanis in ecclesia et id genus ritibus rebusque aliis*.

Omnia scripta de exorcismo, quæ nunc enumeraui, seculo sexto ac decimo ac pleraque intra breue temporis spatium lucem adspexerunt. Magnus illorum numerus est indicium, multa disputata esse de quæstione: num ceremonia exorcismi in baptismo proscribenda; an retinenda sit? Attamen tantum abfuit, vt finis controuersiæ huius fieret, vt ea longius produceretur ac seculo quoque septimo ac decimo non paucæ prodirent commentationes, quæ ad

 litem

* *biblioth. lascher. part.* I. p. 382, 389.

litem hanc pertinent. Ex illis primum nomino: *theses de abrogando exorcismo*, quæ AEGIDII HVNNII nomen præferunt. Editæ illæ sunt post HVNNII mortem latine; MDCI et MDCVI. Erfurti; germanice autem sub inscriptione: *fortsetzung der christlichen reformation in Meissen, mit abschaffung des exorcismi; oder teufelsbeschwerung bey der heiligen tauf*, sine mentione loci MDCVIII. Theses hæ variam disceptationi materiam præbuerunt. Quæsitum fuit de vero illarum auctore, num is Hunnius sit; necne? Adfirmant hoc alii; alii contra fatentur quidem, *theses de abrogando exorcismo* Hunnio manu exaratas ac relictas esse, eo consilio, vt monstraret, quo modo ritus exorcismi in baptismo prudenter sine vlla veræ doctrinæ ac quietis iactura, sit abrogandus, non, vt reformatorum caussam tueretur; sed *theses* illas tali ratione compositas fuisse, quali litteris sint descriptæ, negant. Quid de iisdem sit statuendum, de eo itidem disputatum est. Reformati ac qui dogmata Lutheri in ore; Caluini autem in pectore clausa habuerunt, istas laudarunt ac Hunnii consensu gloriati sunt; alii autem impugnarunt. In his EILHARD. LVBINVS dissertationem inscriptam: *formula verborum, quæ baptismo declarationis caussa praemitti apud quosdam solent, quam exorcismum vocant*, Rostoch. MDCVII. opposuit. Quo sensu: quo animo Hunnius fuasor exstiterit exorcismi abrogandi, PETRVS CONOVIVS ... seruit in *der abfertigung des tractætleins Georgii Gottfried berlinensis, die ausmusterung der bilder so wohl; als die abschaffung des exorcismi betreffend*, Vitemb. MDCXV. 4.

Præter commemoratos lutheranæ professionis scriptores, alii de exorcismo exposuerunt. Exstant dissertationes BALTHAS. MEISNERI de *exorcismo*, Vitemberg. MDCXVI. BARTH. KRACKEWITZII de *præpostera rituum ecclesiasticorum et exorcismi in specie abrogatione*, Gryphisw. MDCXV. DAN. LAGI de *exorcismo baptistico*, contra Wendelinum, Gryphisw. MDCLX. ABRAH. CALOVII de *exorcismo*, Vitemberg. MDCLXI. PETRI MVSAEI de *ritu exorcismi*, *non temere abrogando*, Kilon. MDCLXVI. MICHAEL. HEN-

SCHEL

* vid. GARTHIVM in *præfat. ad tomum V.* HVNNII *oper. latinor.* KRAFFTIVM in *der histor. vom exorcismo*, p. 539.

** in *collegio adiaphorist.* p. 80.

SCHELII libellus de *exorcismi ceremonia enucleata atque a Φλυαρίαις, potissimum wendelianis, vindicata*, Vitemberg. MDCLXX. 4. Inprimis mentio fieri debet GEORG. POLII, qui in *dem wiederholten bedencken vber dem exorcismo bey der kindertaufe*, Colon. Spr. MDCXCII. 4. copiose aduersus exorcismum atque vsum illius disputat. Prodiit, vt habet inscriptio, secunda eius editio Francof. ad Oder. MDCCIV. 4. in se autem non secunda; sed prima editio est, quæ nouum tantum titulum præfert ac loco præfationis exhibet: *bedencken von abschaffung des exorcismi bey der taufe, so von den euangelischen predigern zu Danzig gestellet vnd* 1591. *gedruckt worden.** Opposuit ei SEB. EDZARDI *defensionem exorcismi*, Hamburg. MDCCV. 4. **

Quæ adiungi debent, reformatorum scripta sunt: CHRIST. IOANNIDAE *Dalbii sententiæ doctorum euangelicorum de exorcismo, qui adhiberi solet ad baptismum infantum, ac de gynaeco-baptismo, id est, baptismo infantum, quem vsurpant mulieres in casu, vt vocant, necessitatis*, quæ duo scripta coniunctim, Herborn. MDCXII. 8. prodierunt: IO. MOLLERI *teufels-bannen Io. Behmii; oder kurtzer bericht, obs schriftmæsig sey, den teufel bey der heiligen taufe zu beschwæhren?* MDCXIX. 4. quæ commentatio contra Io. Behmium, defensorem exorcismi, composita est: GISB. VOETII *adpendix de exorcismo infantum baptizandorum:* *** BECMANNI dissertatio de *exorcismo*, Francof. ad Oder. MDCLXXXIX. Historiam exorcismi, a seculo secundo post natum seruatorem vsque ad hæc tempora luculenter descriptam, ad publicum vsum transtulit IO. MELCH. KRAFFTIVS, cuius titulus est: *ausfuhrliche historie vom exorcismo; oder von dem gebrauch bey der kinder-tauffe, dem vnreinen geist zu gebieten, auszufahren vnd ihn zu beschwæren*, Hamburg. MDCCL. 8. Quæ de ritu hoc fuerint disputata: quæ de eodem sint scripta, auctor diligenter percenset seque cum aliis ecclesiæ nostræ doctoribus velle, vt sacra fontis salutaris sine exorcismo peragantur, profitetur. *

 IV.

* conf. KRAFFTII *historie vom exorcismo*, p. 809.

** *[illegible]ter. hamburg*. MDCCVI. p. 47.

*** [illegible]III. *disputat. selectar. theologic.* p. 1173.

[illegible] *von alten vnd neuen theol. sachen*, 1752. p. 874. KRAFFTII *biblioth. tom.* V. p. 412.

IV. de *magiſtratu politico*,

de quo lis fuit inter HECTOR. GOTHOFRID. MASIVM IO. CHRISTOPH. BECMANNVM. Quum ille librum *intereſſe principum circa religionem euangelicam*, Haf MDCLXXXVII. 4. in lucem emiſiſſet, BECMANNVS ſub n mine *Huberti Moſani* cum eo congreſſus eſt atque euulgaui *bericht von der reformirten lehre von der weltlichen obrigke ſamt einer ablehnung der in Maſii intreſſe ihnen desfals auf burdeten nachreden*, Francof. ad Oder. MDCXC. 4. Reſpo dit MASIVS in *dem treuen lutherthum, entgegen geſetzet d ſchule Caluini, womit des Moſani bericht von der weltlich obrigkeit wiederleget wird, ſamt einem catalogo errorum b manniorum vnd eines reformirten ſchreiben an einen gut freund*, Hafn. MDCXC. 4. MOSANVS autem oppoſuit: *fe nern bericht von der reformirten lehre von der weltlichen o rigkeit, wobey zu finden Montani vnd Vallenſis ſchreiben v dieſer materie*, Francof. MDCXCI. 4. Reſtitit ei MASIVS i *der vnuerzœgerten general-wiederlegung des fernern berich Huberti Moſani*, Hafn. MDCXCI. 4. Aduerſus quem cauſſam ſuam perageret, MOSANVS edidit: *abfertigung d vnuerzœgerten general-wiederlegung;* MASIVS autem: *ſpe men palinodiæ becmannianæ; oder abgenœthigten wiederruf, w eben Becmann indirecte gethan; aber rechtens wegen dire thun ſolte, in beantwortung ſeiner abfertigung*, Hafn. MDCXCII. Poſtquam et MASIVS in lucem protulerat: *erinnerung ſchreiben an Moſanum*, ibidem MDCXCI. 4. ac MOSANVS epiſtolam hanc *adnotationes* ſcripſerat, data fuit MASIO c caſio, publicæ luci exponendi: *vernunft vnd gewiſſensfrag an herrn Becmann, zu beantwortung ſeiner gloſſen vber M erinnerungs-ſchreiben*, Hafn. MDCXCI. 4. Pro Maſio præte ea prodiit: *ſchreiben eines freunds aus Holſtein an ſein freund, die controuers betreffend, die Maſius mit Becmann h* ad quas tamen litteras data fuit reſponſio.*

§. X

* de ſcriptis his videantur: *ſchreiben eines reformirten an einen gu freund, in faueur des herrn Maſii controuers abgefaſt vnd mit no vermehrt*: FEVSTKINGII *achitophelismus Machiauelli* §. 9. *biblio iuris imperantium*, p. 136.

§. XV.

AD *secundam* classem ea specialia scripta controuer-
rum inter lutheranos ac reformatos refero, quibus no-
ates cum certis doctoribus, Caluino addictis, in certa-
ina venerunt atque errores eorum profligarunt. Scri-
orum eiusmodi numerus haud exiguus est ac quum
iria illorum iam antea commemoraui, sufficiat nunc,
uædam vel nondum adducta; vel præ aliis mentione
igna, recensuisse. Confutati igitur sunt:

LAMB. DANAEVS a STEPH. GERLACHIO in *anti-Da-
næo*, Tubing. MDLXXX. 4. opposito DANAEI libro de *tri-
bus grauissimis et hoc tempore maxime vexatis quæstionibus*, de
sacra videlicet cœna: de maiestate hominis christi: de non
damnandis dei ecclesiis; nec auditis; nec vocatis. Contra
anti-Danæum VT DANAEVS caussam suam tueretur, in lucem
protulit: *ad Stephanum Gerlachium et illius anti-Danæum
necessariam responsionem*, ac postquam GERLACHIVS pro se
hyperaspisten anti-Danæi ediderat, Tubing. MDLXXXI. 4.
DANAEVS autem: *sophismatum Stephani Gerlachii elenchum;
siue aduersus Stephani Gerlachii languidum, elumbem et cadu-
cum hyperaspisten Lamberti Danæi, clibanarium tutissimum et
firmissimum*, MDLXXXII. 8. addidit ille; siue GERLACHIVS,
*decertationem cum Lamberti Danæi profano milite, quem ille
clibanarium vocat*, Tubing. MDLXXXIII. 4.*

DAVID PAREVS ab AEGID. HVNNIO in *anti-Pareo*,
Francof. MDXCIX. 8. Emisit HVNNIVS *Caluinum iudai-
zantem*, de quo in sequentibus plura edisseram, ac post-
quam Pareus opposuit: *clypeum veritatis catholicæ de sacro-
sancta trinitate*, respondit ille in memorato *anti-Pareo*, *hoc
est, refutatione scripti, a Pareo editi in defensionem corrupte-
larum, quibus Io. Caluinus vaticinia de christo impugnat*,
Francof. MDXCIX. 8.** Præter Hunnium, Pareus aduersa-
rium habuit ALB. GRAVERVM in *anti-pareano propugnacu-
lo; siue solida et inuicta defensione argumentorum, quibus cal-
uini-*

* [B]AILLETVS *des satires personnell.* tom. I. p. 335. NICERONIVS in [*me*]*moires* tom. XXVII. p. 30.

** [I]n eius *oper. latinor.* tom. II. p. 823. adde BAILLETVM *des sa-[ti]res personnelles*, tom. I. p. 356.

uinistarum metonymia, quam verbis christi in sacra cœna adsi gunt, funditus destruitur, Ien. MDCXIX. 4. * Edidit etia DAVID OWENVS *anti-Pareum; seu determinationem de in regio*, Cantabrig. MDCXXII. 8. qui autem minus hu spectat: **

ANTON. SADEEL a BALTHAS. MENTZERO in *elenci errorum Antonii Sadeelis in libello de veritate humanæ natur Iesu christi*, Vitemb. MDXCIII. Gieff. MDCIX. MDCXV. 8.*** a LEON. HVTTERO, qui reliquit: *Sadeelem elenchomenum seu tractationem pro maiestate humanæ naturæ christi*, Vitem MDC. et MDCVII. 8. a PHILIPPO NICOLAI, cuius hab tur: *responsum ad duos Anton. Sadeelis libellos, quorum alte rum de spirituali: alterum de sacramentali fruitione corpori christi inscripsit:* *

VRBANVS PIERIVS a PHILIPPO NICOLAI. Quum enim ille publicæ luci exposuit: *examen der in Nicol. Krel leichenpredigt eingebrachten neuen religions-streiten*, Brem MDCII. 8. NICOLAI opposuit: *examen examinis pierian* Lipf. MDCIII. 8. iste autem defensionem scripti sui suscepi in *der apologia des vber D. Nicolai Krellii leichenpredigt a gestelten examinis*, Brem. MDCIV. 8. Idem NICOLAI con tra Pierium, eumque ex illorum numero, quibus *crypto caluinianorum* nomen datum est, edidit: *sieg der wahrhei der christlichen religion in den lutherischen kirchen*, Haml MDCVIII. 4. Oppugnauit eum etiam Mentzerus, vt e paullo post dicendis patebit:

CHRISTOPH. PELARGVS, qui a religione lutheran defecit ac reformatam amplexus est. Quum ille *confessi nem de articulis hodie controuersis*, Francof. MDCXIV. 8. pro tulisset, DAN. CRAMERVS edidit: *christliches bedencken a Pelargi confession*, Vitemberg. MDCXV. 4. PELARGVS autem *antwort auf die zwey fragen, so ihm Dan. Cramer furgelega* Franco

* exstat in eiusdem *polemicis sacris:* conf. BAILLETVM *dict. lo tom.* I. p. 360.

** BAILLETVS *exc. loc. tom.* II. p. 144.

*** liber hic translatus est in eius *operum latinor. tomum* I. p. 108 adde BAILLETVM *dict. loc. tom.* I. p. 374.

* legendum id est in eius *oper. latin. tom.* I. p. 167.

Francof. ad Oder. MDCXV. 4. Ad Cramerum adiunxit se contra eumdem aduersarium CONR. SCHLVSSELBVRGIVS, cuius exstant: *duæ epistolæ*, altera Schlusselburgii; altera Crameri, *ad Pelargum, ob desertum veritatis euangelicæ et laborantis in Marchia ecclesiæ patrocinium*, Ien. MDCXV. 4.* *erklærung vnd antwort auf die caluinische schmæhcharten vnd lesterschrift Pelargi*, Rostoch. MDCXVI. 4. *erklærung, wiederlegung vnd antwort-schrift, Pelargo vnd seinen spiesgesellen eingeschickt vnd entgegen gesetzet von Schlusselburgen vnd Affelmann*, Rostoch. MDCXVII. 4. atque alia. Nec, qui in idem certamen venerunt, omittendi sunt: FRID. BALDVINVS in *examine compendii theolog. Pelargi*, Vitemberg. MDCXVII. 4. et *antithesibus apologeticis, Pelargo oppositis*, ibidem MDCXVII. 4. ac SIMON GEDICCVS in *Pelargo apostata, bericht, wie Pelargus von der lutherischen lehre abgefallen*, Lips. MDCXVII. 4.

PAVLLVS TOSSANVS, contra quem IO. WINCKELMANNVS iuris publici fecit: *errores caluinianorum*, de baptismo, cœna domini, persona christi et electione, *quos Paullus Tossanus germanicæ bibliorum versioni Lutheri in margine adsuit et multa scripturæ dicta deprauauit*, Giess. MDCXVII. 4. ac *necessariam responsionem ad virulentum scriptum Paulli Tossani, sub titulo:* apologiæ pro notis biblicis, *editum*, ibidem MDCXVIII. 8. Præter hos, profligati fuerunt:

IO. LAMPADIVS a IO. WEBERO, quippe qui illius *censuræ vbiquitatis, hoc est, succinctæ confutationi argumentorum vbiquitariorum et omnium Philipp. Nicolai librorum*, Marpurg. MDCIX. 8. ac *prodromo concordiæ euangelicæ de solido prædestinationis sanctorum fundamento*, MDCX. 4. opposuit: *elenchum prodromi, quem Io. Lampadius in subsidium censuræ vbiquitatis et specialiter dogmatis de prædestinatione absoluta caluinistarum emisit*, Giess. MDCX. 4. item: *Lampadium nescium*, ibidem MDCXVI. 4. atque *anti-Lampadium*, etiam eodem loco, MDCXVII. 4.**

IO.

* epistolis his PELARGVS opposuit: *responsionem ad Schlusselburgii et Crameri breuia apostolica*, MDCXV. 4. BERGIVS autem sub *studiosorum francofurtensium* nomine *responsum geminum*, MDCXV. 4.

** conf. BAILLETVM *des satires personnelles, tom.* I. p. 348.

IO. HENR. ALSTEDIVS a IO. HIMMELIO in *anti-Alstedio; siue examine theologiae polemicae Alstedii*, Ien. MDCXXI. MDCXXXI. 4. *

LVDOVICVS CROCIVS a BALTH. MENTZERO in *defensione collationis augustanae confessionis*, iam supra memoratae, contra Vrbanum Pierium et Ludouicum Crocium Giess. MDCXVIII. 4. ac quum CROCIVS opposuisset: *apologeticum pro augustana confessione*, in *anti-Crocio*, Giess. MDCXXII. 4. Alia vtriusque partis scripta sequuta sunt: CROCII *adsertio augustanae confessionis: censura collationis*, *exegesis et anti-Crocii mentzeriani*, Brem. MDCXXII. 8. *coronis; seu consideratio anti-Crocii mentzeriani*, ibidem; MENTZERI autem *examen censurae crocianae de collatione augustanae confessionis et doctrinae caluinianae*, Giess. MDCXXIII. 4.** Referri et huc potest: MATTH. HOE *adsertio aduersus calumniosissimum libellum Ludou Crocii*, Lips. MDCXX. 8. Ediderat CROCIVS *hominem caluinianum, a Hoëo impie descriptum ac refutatum* Brem. MDCXX. 8.

IO. CROCIVS, a variis, quos expertus est, aduersariis refutatus. Paullo ante dictus MENTZERVS impugnauit eum in *absterfione calumniarum Ioannis Crocii*, Giess. MDCXX. 4.*** quum a CROCIO in libro *conuersationis prutenicae* lacessitus esset, et in *responsione ad defensionem secundae partis conuersationis prutenicae Io. Crocii*, Giess. MDCXXIII. MDCXXVI. 8. Eumdem refellendi prouinciam suscepit GEORG. ROSTIVS ac postquam CROCIVS *considerationem triadis syllogismorum Io. Affelmanni* ediderat, caussam Affelmanni egit in *anti-Crocio; seu vindicatione triadis syllogismorum Io. Affelmanni* de auctore videlicet peccati, fractione panis eucharistici et imaginibus, Rostoch. MDCXXV. 8. Praeter hos, ad locum hunc pertinent: CASP. MOVIVS in *anti-Crocio*, Regiom. MDCXXV. 8. IO. BOTSACCVS in *adsertione*, *caluinianos genuinos*

* conf. BAILLETVM *des satires personnelles*, *tom.* I. p. 302.

** adducta MENTZERI scripta in eiusdem *oper. latin.* sunt *tom.* I. p. 358. sq. adde BAILLETVM *des satires personnelles*, *tom.* I. p. 324

*** *tom.* I. *oper.* eius *latinorum*, p. 812. sqq conf. PFAFFII dissertationem de *coelo beatorum*, p. 40. HARTKNOCHII *preussische kirchenhistorie*, p. 526. 534. 538.

* BAILLETVS *dict. libr. tom.* I. p. 330.

[illegible] confessionis augustanae socios non esse, aduersus Crocium, Lipſ. MDCL. 8. IO. DEVTSCHMANNVS, cuius exſtat: *anti-Crocius; ſeu apologia auguſtanae confeſſionis anti-crociana*, Vitemberg. MDCLXX. 4. quoue itidem probatur, reformatos ad communionem auguſtanæ confeſſionis haud pertinere:*

MATTHIAS MARTINIVS a BALTH. MENTZERO in *anti-Martinio; ſiue modeſta et ſolida reſponſione ad futiles obiectiones Matth. Martinii, quibus Sadeelem vindicare, infeliciter conatus eſt*, Francof. MDCIV. 8. Gieſſ. MDCXII. MDCXX. 8. quo auctor *elenchum* ſuum *errorum Sadeelis*, cuius mentionem [illegible] feci, defendit,** et in *Martinio elenchomeno*, octo diſputationibus propoſito, quibus varii MARTINII libri confutantur iique: de *perſona chriſti: examen querelarum et admonitionis Mentzeri: Mentzerus anti-nuthetumenus:* de *chriſto ieſu, ſecundum vtramque naturam exinanito et exaltato:* de *praeſentia dei et hominis in ſacra cena:****

PAVLLVS STEINIVS, itidem a BALTH. MENTZERO in *diſputationibus nouem anti-ſteinianis*, vbi de chriſto eiusque merito: de ſacra cœna: de electione filiorum dei ad vitam æternam: de prædeſtinatione atque aliis argumentis diſſeritur:*

CHRISTOPH. MASSONIVS; ſiue, qui ficto hoc nomine vſus eſt, CHRISTIAN. BECMANNVS a IACOB. WELLERO, vtpote qui illius *anatomiam vniuerſalem triumphantem* confutauit in opere inſcripto: *Maſſonius σκελετώδης, aut anatomiæ Chriſt. Maſſonii vniuerſalis refutatio*, duobus tomis, Vitemberg. MDCXXXVII. et MDCXXXIX. 4. Præter eum, non ſolum IACOB. MARTINI in lucem protulit: *anatomiam particularem: etliche knoten eines mohnkalbes, von Chriſt. Maſſonio zur welt gebracht, zu Wittenberg gehalten*, Francof. MDCXLVII. 4.** ſed ſcripſit etiam contra Becmannum hunc CHRISTOPH. ALTHOFERVS. Quum enim iſte IO. SCHROEDERI

---

* BAILLETVS *excit. libro, tom.* I. p. 331.

** [illegible] II. *oper.* eius *latinor.* p. I. adde BAILLETVM *dict. libr.* tom. I. p. 352.

*** [illegible] II. *oper.* eius *latinor.* p. 354.

* [illegible] p. 527.

** [illegible]moratur etiam editio vitembergenſis anni MDCXLIII. 4.

DERI *sceptrum regale* in *vbiquitate triumphata*, sub nomi *Christiani serui christi humillimi*, Hanou. MDCXXVII. 8. o pugnasset, ALTHOFERVS se defensorem Schrœderi præbu in *anti-Becmanno; siue apologia sceptri regalis a Schrœde adornati*, Ien. MDCXXIX. 8.*

IO. BERGIVS a CASP. MOVIO in *demonstratione euiden* opposita BERGII disputationi de *æterno prouidentiæ ac pr destinationis decreto*, Regiomont. MDCXXII. 4. a IO. HIMMI LIO in *dissertationibus anti-Crocio-bergianis*, Ien. MDCXXXVII. a IO. MICRAELIO in libro inscripto: *orthodoxia luthera in quæstionibus de salute hominum: die wahre apostolische gn den lehre*, Stetin. MDCLIV. 4. in primis ab ABR. CALOVIO, qu præcipue de sacra cœna aduersus Bergium disputauit. E stant hanc in rem illius: *stereoma voluntatis christi de su stantiali præsentia et orali perceptione corporis et sanguinis s in sacra cœna*, Vitemberg. MDCLV. 4. *summaria confutati pseudo stereomatis bergiani; vel tractatus dolose inscripti: da die worte christi noch feste stehen, Io. Bergii*, cuius prior pa Vitemberg. MDCLV. 4. posterior autem MDCLVI. 4. prodiit *Bergius senior, vindiciis summariæ confutationis pseudostere matis demonstratus*, Vitemb. MDCLVIII. 4.

MARC. FRID. WENDELINVS, confutatus in IO. GE HARDI *disputationum theologicarum, in quibus dogmata calu nianorum iuxta seriem Wendelini expenduntur, tessera-decade* Ien. MDCXXXVIII. 4. Conscriptæ illæ sunt contra WENDE LINI *theologiam christianam* ab iis, qui respondentium pa tes susceperunt ac coniunctim a filio, *Io. Ernesto Gerhard* editæ.** Nec tamen a solo Gerhardo; verum etiam al aliis Wendelinus profligatus fuit, nominatim: a CHRISTOPH FRANCKIO, qui *exercitationes anti-wendelianas*, Kilon MDCLXXXVII. 4. reliquit: a IO. MVSAEO dissertationibu de *æterno electionis decreto* et in *Roman*. IX. maxime contr Wendelinum: GEORG. MOEBIO disputatione de *gratia ir resistibili* eiusque *dissertatione apologetica*, contra Heinium,*** qui

* vid. ZELTNERI *vitas theolog. altorphinor.* p. 272. 280. et BAILLE TVM *des satires personnelles*, tom. I. p. 307.
** conf. FISCHERI *vitam Gerhardi*, p. 480.
*** exstant in eius *disputat. theol.* p. 453. et 539.

qui ex nouem Wendelini argumentis, pro gratia irresistibili adlatis et in priore dissertatione a Mœbio refutatis, tria priora defendere conatus fuerat; item a FRIDEM. BECHMANNO in dissertatione de *uniuersalitate mortis christi:* a VALENT. VELTHEMIO *demonstratione, hominem, in summo tentationis discrimine constitutum, ex solis hypothesibus lutheranis solida consolatione erigi posse:*

IO. VORSTIVS a IO. MVSAEO dissertatione de *sacra cœna* et a CHRISTIAN. CHEMNITIO in *defensione Gerhardi, opposita Io. Vorstio, qui cum in tribus libris* dissertationum sacrarum, *iniuste atque immodeste adgressus est*, Ien. MDCLXIII. 4.

SAM. MARESIVS a IO. MAVKISCHIO in *maledicentia maresiana, cuius Maresius conuictus fuit, qui in disputatione de perseuerantia sanctorum dicta scripturæ deprauauit*, Gedan. MDCLXIV. 4. in *nihil sani maresiani*, ibidem MDCLXVII. 4. Vidit quoque lucem: CHARISII PVCHESANI, id est, CASP. HEVNISCHII* *diatribe anti-maresiana super quæstione: an reformati per instrumentum pacis declarati sint socii augustanæ confessionis?* MDCLXXVI. **

ELIAS GREBENITZIVS a TILEMANN. ANDR. RIVINO, qui edidit: *abhandlung der wichtigsten glaubens-streitigkeiten zwischen lutherischer vnd caluinischer kirche, wieder Grebenitzens vnterricht*, Lips. MDCLXXIX. 8.

FRANC. TVRRETTINVS a IO. ADAM. OSIANDRO, qui in illius *theolog. elencticam animaduersiones orthodoxas* euulgauit, Tubing. MDCXCIII. 4. Alii adhuc inter reformatos experti sunt singulares aduersarios; merito autem eos dimitto, vtpote antea commemoratos, vna cum scriptis, quibus contra istos disceptatum est.

§. XVI.

LOCVM *classis tertiæ* iis scriptis specialibus adsigno, quæ præcipue ad certas regiones se referunt. Quum enim in istis principes; aut viri dignitate atque eruditione præstantes lutheranam religionem cum reformata permutassent, certamina cum reformatis renouata sunt et, vt

* PLACCII *theatr. pseudon.* p. 525.
** LEXVS *des satires personnelles, tom.* I. p. 351.

vt fieri solet, numerus librorum polemicorum, quos vtr que pars compofuit, auctus eft. Adcuratiorem eoru notitiam vt fuppeditem, non neceffe effe, puto. Quo dam tantum enumeraffe, fufficiat.

Eo inprimis tempore permulta generis huius fcrip prodierunt, quo Ioann. Sigismundus, elector brandenbu gicus, ad reformatos fe adiunxit, hæcque a lutherana eccl fia defectio grauiores lites ac turbas effecit. Inter illo qui pro ecclefiæ noftræ doctrina ac facris pugnabant, i primis locum tenuit: SIM. GEDICCVS, ac præter alia, i lucem emifit: *kurtze bekanntnis vom heiligen abendm* Berol. MDCXIII. 4. *bericht von den ceremonien bey dem he ligen abendmal*, ibidem MDCXIII. 4. *apologiam; oder not wendige vertheidigung feiner bekanntnis von mundlicher vn geiftlicher nieffung des leibes vnd bluts chrifti im heilig abendmal*, Lipf. MDCXVII. 4. *Pelargum apoftatam; oder b richt, daß Pelargus zum mammelucken worden*, ibidem atqu eodem anno, 4. *anti-Piftorium; oder wiederlegung des la gen fchreibens, fo der geh. rath Piftorius im nahmen marckgr fen Ioann Georgen ftilifiret*, Lipf. MDCXX. 4. Cum Gedic communem religionis noftræ cauffam contra reformato præcipue brandenburgicos, defendendam fufceperunt I) HIERON. TOXITA, cuius prodiit: *carcinoma cuingli caluinianum, das ift, abfcheuliche, fchædliche vnd verdamlich irthumer der zuinglifch-caluinifchen in den furnemften loci der chriftlichen lehre*, cura *Chrift. Guil. Walpurgeri* Ge MDCXIII. 4. II) LEON. HVTTERVS, qui edidit: *caluini ftam aulico-politicum alterum: bericht von den furnehmften po litifchen haupt-grunden, durch welche man die verdamte ca uinifterey in die chur vnd marck brandenburg einzufchieben fich ftarck bemuhet, famt einem anhang wieder Salom. Fincken apoftatam zu Berlin*, Vitemberg. MDCXIV. 8.* *antwort a die neue zeitung von Berlin vnd die zwey facraments-fpieg Salom. Finckens*, Vitemberg. MDCXIV. 8. *bericht von der z Franckfurt an der Oder ohnlængft anderweit gedruckten glau bens*

* iam antea HVTTERVS in lucem protulerat: *caluiniftam aulico-politi cum*, Vitemb. MDCX. 8. maxime contra Io. von Munfter eiusqu confilia de Caluini doctrina, in Holfatia ftabilienda ac propaganda.

[illegible]enntnis der reformirten euangelischen kirchen in [illegible]land, Vitemberg. MDCXIV. 12. *wiederlegung des heil-[illegible]d verworrenen gespraechs Harminii de Mosa vnd Gre-[illegible]andenburgers*, MDCXV. qui dialogus oppositus erat [illegible]ato *caluinista aulico-politico;* item: *motiuen, warum mit den caluinischen dialogisten nicht einlassen will*, [illegible]erg. MDCXV. 8. III) MATTH. HOE in *dem beweis, [illegible] den caluinischen lehrern fur grausame, gotteslaster-[illegible]d abscheuliche reden vnd puncten in 17. furnehmen [illegible]tickeln furgebracht werden*, Lipſ. MDCXIV. 8. in *der [illegible]ung an die euangelische lutherische christen, so zu Ber-[illegible]sonst in der chur- vnd marck brandenburg sich aufhal-* [illegible]ipſ. MDCXIV. 4. in *der verantwortung wieder das zu [illegible]eulich ausgeflogene caluinische laster-gespraech von got-[illegible] vnd gott selbst*, Lipſ. MDCXIV. item: in *dem discours, [illegible]aluinische lehre ohne erkanntnis eines allgemeinen con-[illegible]cht solle vor vnrecht erklaret werden?* Lipſ. MDCXIV. 4. *[illegible]triumpho caluinistico*, Lipſ. MDCXV. 4. IV) FRIDER. [illegible]INVS, qui librum: *zwœlf haupturſachen, warum die [illegible]rten euangelischen kirchen mit Luthers, auch seiner [illegible]ger auslegung der worte christi im heiligen abendmal [illegible]eins seyn kœnnen*, Berol. MDCXIV. 4. profligauit in *dem [illegible]ld von den zwœlf haupturſachen der caluinisten*, ceter. [illegible]nberg. MDCXIV. 4. V) ALB. GRAVERVS, cuius exſtat: *[illegible]rlegung der vngegrundeten auflagen, damit das ertdich-[illegible]erlinische gespraech seine bekantnis verdaechtig zu machen, [illegible]nterstanden*, Ien. MDCXV. 4. Dialogus, quem Graue-[illegible]confutauit, sub titulo: *gespraech von den zwey ersten ar-[illegible], von gottes wort vnd gott selbst*, ac nomine: *Petr. [illegible]*, Berol. MDCXIV. 4. prodiit.*

§. XVII.

[illegible] singularem eamque *quartam* claſſem ea ſcripta ac [illegible]ntationes referre libet, quibus de libris ſymbolicis [illegible] noſtræ inter lutheranos ac reformatos diſputa-tum:

* [illegible]tior eiusmodi librorum notitia ſuppeditatur in *der ſamlung von [illegible]ten vnd neuen theol. ſachen*, 1732. p. 715. et 1745. p. 34. ſq.

tum eſt: ſpeciatim cum de auguſtana confeſſione: qu
de variata, vti adpellatur, ſit ſtatuendum: num Calu
adſectatores locum inter ſocios confesſionis huius i
habeant; tum de formula concordiæ atque illius dig
tate, quippe quam reformatos imminuere: immo lat
factare, omni ſtudio adniſos eſſe, conſtat.

Scriptores, qui ad hanc claſſem pertinent, nunc omi
quia iſtos ſupra eo loco commemoraui, quo de libris th
logiæ ſymbolicæ expoſitum eſt.

§. XVIII.

PERGO igitur ad claſſem *quintam*, illorum videlic
qui eam, reformatos impugnandi, rationem inierunt,
oſtenderent, iſtos talibus erroribus implicitos eſſe, qual
hæretici atque alii prauæ doctrinæ magiſtri, antiquior
pariter ac recentiores, diſſeminarunt, atque vtrosque
certis dogmatum capitibus conſentire, probarent. Que
admodum ita reformati cum variis falſis doctoribus co
parati fuerunt; ita et ſcripta, quæ hanc in rem habent
ſunt varia atque ad id compoſita, vt adpareat, conu
nire illos

I. cum *iudæis:*

quo ſpectat AEGIDII HVNNII *Caluinus iudaizans, h
eſt, iudaicæ gloſſæ et corruptelæ, quibus Io. Caluinus illuſtri
ma ſcripturæ ſacræ loca et teſtimonia de glorioſa trinitate, di
tate chriſti et ſpiritus ſancti; cumprimis autem vaticinia pr
phetarum de aduentu meſſiæ, natiuitate eius, paſſione, reſu
rectione, adſcenſione in cælos et ſeſſione ad dextram dei, de
ſtandum in modum corrumpere, non exhorruit*, Vitember
MDXCIII. 4. * Qualis ſit argumenti liber hic, adduct
eius titulus monſtrat. Diſplicuiſſe illum vehementer r
formatæ eccleſiæ doctoribus, haud mirum eſt. DAVI
PAREVS oppoſuit: *clypeum veritatis catholicæ de ſacroſanc
trinitate;* ne autem HVNNIVS cauſſam ſuam negliger
edidit: *anti-Pareum, id eſt, refutationem ſcripti, a Pareo edi
in defenſionem ſtropharum et corruptelarum, quibus Caluin
ſcripturæ teſtimonia de myſterio trinitatis; nec non oracu*

pr

* eſt etiam in eiusdem *oper. latin. tom.* II. p. 636.

...tarum de christo detestandum in modum corrupit, Vi... MDXCIV. 4. * PAREVS respondit in libro: Cal... orthodoxus; seu vindicatio Caluini de trinitate et christi ..., Heidelberg. MDXCIV. 8.**

II. cum *turcis:*

... ac reformatos consentire, monstrare voluerunt: ... HOE in *der augenscheinlichen probe, wie die calui... 99. puncten mit den arianern vnd turcken vberein...*, Lips. MDCXXI. 4. IO. MODESTVS in *dem beweis ... schrift, daß die sacramentirer nicht christen; son... iuden vnd mahomedisten seyn*, Ien. MDLXXXVI. 8. ... FABER, qui edidit: *caluinischen vnd turcki... das ist, beweis, daß der caluinisten lehre in vie... mit dem turckischen alcoran gleichmäsig sey*, Lips. ... 8. inter pontificios GVIL. REGINALDVS in ... ampliori atque inscripto: *caluino - turcismus, id ... perfidia cum mahumetana collatio et dilucida ... secta confutatio*, quatuor libris, Antuerp. ... 8.

III. cum *manichaeis:*

... parallelismo scripserunt: PETR. HABERKOR... in *demonstratione, quod hodierni etiam caluiniani er... manichaicum, pelagianum, messalianum, schwenckfeldia... ...tant*, Marpurg. MDCLXXII. 4. SEB. EDZARDI in ... *caluinianorum*, Vitemb. MDCCV. 4. ***

IV. cum *pelagianis:*

... sectatores esse reformatos, aliis persuadere vo... EDZARDI in *pelagianismo caluinianorum*, Vi... MDCCV. 4. *

... *latin.* p. 691.

... BAILLETVM *des satires personnelles, tom.* I. p. 359. SCHARDAV *parallelismo, cum hereticis instituto, cap.* III. p. 37. BAELIVM ... *histor. et critic.* voce *Hunnius.*

... *hamburgens.* MDCCV. p. 159.

... p. 129.

V. cum *neſtorianis:*

in quorum præcipue ordinem reformati adſcripti ſu a theologis lutheranis ſuperiore pariter ac noſtra ætate, dogmata ſua de vnione duarum naturarum in chriſto deq communicatione diuinorum idiomatum. Ab adcuſatio hac defendere ſe, quum reformati adniterentur nobisq communionem cum eutychianis exprobrarent, parallel mus hic, cum hæreticis inſtitutus, ſingularem excitauit tem. Quæ huc ſpectant, noſtratium ſcripta ſunt: PHILIP NICOLAI *fundamentorum caluinianæ ſectæ, cum veterib arianis et neſtorianis communium, detectio*, Hamb. MDCIX. 8. FRID. PETRI *caluinianorum neſtorianiſmus; ſiue demonſtr tio, quod dogma caluinianum de perſona chriſti ſit mere neſ rianum*, Francof. MDCXIII. 4. IO. ADAM. SCHERZERI *parallelismus caluino-neſtorianus*, Lipſ. MDCLXXIX. 4. AB CALOVII diſſertatio de *neſtorianismo antiquo et nouo*, V temberg. MDCLXXXI. vna cum SIM. FRID. WOLFHART *defenſione diſſertationis de neſtorianismo nou-antiquo*, cont IO. SIMONIS diſputationem de *hæreſi neſtoriana*, Vitem MDCLXXXIII. 4. Reformati, vt ſibi conſulerent, prau Neſtorii ſententias defendere; aut excuſare ſtuduerun aliosque in opinionem adducere voluerunt, controuerſia neſtorianam fuiſſe diſceptationem non de rebus; ſed voc bus. Ad id comparata eſt: PAVLL. ERNEST. IABLONSK *exercitatio de neſtorianiſmo et illa inprimis neſtorianoru phraſi, qua humanam chriſti naturam templum diuinitatis v care ſolebant*, Berol. MDCCXXIV. 8. Non defuerunt tame qui ei reſiſterent. Confutarunt enim iſtum: PAVLLV BERGERVS in *neſtorianismo hæreſeos conuicto*, Vitember MDCCXXVI. 4.** CAROL. GOTTL. HOFFMANNVS in diſſert tione *controuerſiam neſtorianam, olim agitatam, haud fuiſ logomachiam*, Lipſ. MDCCXXV.*** ac *defenſione diſſerta tionis de controuerſia neſtoriana*, Lipſ. MDCCXXX. 4.* qua a epiſtolam MATVRIN. VEYSSIERII LA CROZE, ipſi op poſitam,** reſpondet: VI. cum

* exſtat in eiusdem *oper. latinor. tom.* 1. p. 105.

** *ſamlung von alten vnd neuen theol. ſachen*, 1728. p. 72.

*** *auserleſene theol. biblioth. volum.* 11. p. 88.

* *ſaml. von alten vnd neuen theol. ſach.* 1732. p. 788. et iterum 1737. p. 65.

** quæ eſt in *muſeo bremenſ. volum.* 1. p. 78.

VI. cum *photinianis et socinianis:*

quorum dogmata a Caluini adseclis adprobari, adfirmarunt: POLYCARP. LYSERVS in *harmonia caluinianorum et photinianorum in doctrina de cœna domini*, Lipſ. MDCXIV. 4. ALB. GRAVERVS in *harmonia præcipuorum caluinianorum et photinianorum dogmatum*, Ien. MDCXVII. 4.* FRIDER. BALDVINVS diſputatione de *theologiæ photinianæ conſenſu cum caluiniana*, Vitemberg. MDCXVIII. IACOB. HENNINGIVS de *vicinitate religionum ſocinianæ et caluinianæ in articulo de christo*, Gryphisw. MDCLXXXIV.

VII. cum *ſchwenckfeldianis:*

IACOB. HEILBRVNNERVS, cuius prodiit: *ſchwenckfeldio-caluinismus; ſiue demonſtratio, caluinianos in principalioribus fidei articulis cum ſchwenckfeldianis et anabaptiſtis conſentire*, Lauging. MDXCVII. 8.** IACOB. WELLERVS in diſputatione de *caluino-ſchwenckfeldianismo*, Ien. MDCXXXVI.***

VIII. cum *pontificiis:*

quo inprimis IO. HIMMELII ſcripta pertinent. Emiſit ille in lucem: *caluino-papismum; ſeu harmoniam caluino papiſticam theoretico-practicam*, Erford. MDCXXIV. Ien. MDCXXXIII. 4. cui quum IO. ANDR. COPPENSTEINIVS ſe oppoſuiſſet in *luthero-caluinismo* ibique commentationem exhibuiſſet de *concordia lutherano-caluiniſtica*, eo conſilio ſcriptam, vt probaret, lutheranos cum reformatis conſentire, HIMMELIVS pugnauit pro cauſſa ſua aduerſus illum in *concordia concorde papæo caluiniſtica*, Ien. MDCXXV. 4. ac poſtquam COPPENSTEINIVS defendere ſe conatus fuerat in *ſpongia concordiæ papæo caluiniſticæ*, HIMMELIVS addidit: *anti-Coppenſteinium; ſiue ſpongiæ coppenſteinianæ, contra papæo-caluinismum directæ, modeſtam et methodicam refutationem*, Erford. MDCXXVI. 4.* Ad iam memorata ſcripta de reformatorum conſenſu cum hæreticis ac peruerſis factionibus adiungo: ABR. CALOVII diſputationem, qua

* ... in eiusdem *polemicis ſacris*, p. 463.

** ... tur etiam editio Francofurt. MDXCVIII. 8.

*** in eius *anatomiæ Maſſonii refutation. part.* I. p. 329.

* ... *des ſatires perſonnelles, tom.* I. p. 113.

pseudo apostolorum et caluinianorum collationem ad 2. Corint XI,13.14. exhibet, Vitemb. MDCLXXV. De ipsis nunc adduc ingeniorum monimentis quid statuendum sit? si quæratu non diffiteor, nonnullos auctores eo, quod nimium e peccasse atque iniuriam reformatis intulisse, inprimis qua do parallelismum istorum cum iudæis, turcis, manichæ arianis, pelagianisque instituerunt; nec reputarunt, quo dam sententiarum similitudinem ad huiusmodi comparati nem non sufficere. In principiis maxime atque eorum s ris consequentibus, necesse est, vt sectæ conueniant, vbi p rallelismus recte iusteque fieri debeat.

§. XIX.

RESTAT classis *sexta*, quam scriptis, vti vocantur, *i nicis* adsigno. Sunt ista eo consilio composita, vt auct res concordiam ecclesiasticam, inter lutheranos ac refo matos restituendam, partim suaderent; partim vero d suaderent: immo monstrarent, dissensum nostræ ac r formatæ ecclesiæ ita comparatum esse, vt pax neutiqu fieri possit. Magnus horum scriptorum numerus e quumque illa inter se differant, siue ad tempora, quib lucem adspexerunt; siue ad argumenta, in iisdem p tractata, animum aduertere velimus, diuersitas hæc r quirit, vt enumeratio istorum distincte fiat. In illis ig tur percensendis temporis ordinem sequar ac commem rabo, quæ a seculo sexto ac decimo vsque ad hanc æ tem cum pro pace ecclesiastica lutheranorum ac refo matorum; tum contra istam litteris mandata sunt atq edita:

I. *scripta irenica seculi sexti et decimi.*

Ad tempus hoc præcipue pertinet: *consensus sendo riensis*, Sendomiriæ anno MDLXX. a trium confessionum Polonia vtraque et Lithuania, bohemicæ, augustanæ et h ueticæ sociis, de dogmate sacræ cœnæ, sancitus atque synodo posnauiensi, cracouiensi, petricouiensi, wlodi uiensi, thorunienſi confirmatus. Prodiit *consensus* hic pius: primum MDLXXXVI. latine et polonice: dein Thorun. MDXCII. et iterum ibidem, cum *actis et conc sionibus synodi generalis thoruniensis*, MDXCVI. ac Heidelbe

MD

... atque adcurate; sed ambigue; reliqua autem dog- ...ontrouersa, de prædestinatione deque persona chri- ...communicatione idiomatum diuinorum, negligebant. *

II. *scripta irenica seculi septimi et decimi.*

...ate hac præcipue inter reformatos multi fuerunt, ...præberent pacificatores ac consilia darent de sacro- ...orum sociis ac lutheranis coniungendis. Primi no- ... sunt *Palatini*, qui iuris publici fecerunt: *treuher- ...vermahnung der pfaltzischen kirchen an alle andere ...sche kirchen in Deutschland*, MDCVI. ** et vt scriptum ...ius lutheranis se commendaret, id falso *Lucæ Osian- ...quam* auctori, tribuerunt. Refutatum illud fuit a ... MYLIO dissertatione de *pace ecclesiæ euangelicæ:* a ... P. NICOLAI in *der friedbietung der theologen in ...churfürstlichen Pfaltz an alle lutherische kirchen*, Hamb. ... 4. a CHRISTOPH. IORDANO in *der treuherzigen ... für calvinischer bruderschaft*, *welche zu diesen zei- ... Bernhardo Textore in seinen tillenburgischen pandectis, ... in einer vermeinten treuhertzigen vermahnung ...therischen kirchen angefordert haben*, Vitemberg. ... 4. Præter adductum, alia in lucem exierunt Pa- ...scripta pro pace ecclesiastica, cuius generis sunt:

friedfertige anbietung christlicher bruderschaft, *ausfuhrlicher bericht*, *was die reformirten kirch land glauben vnd nicht glauben*, MDCIX. 12. *an richts*, *gestellet durch die heidelbergischen theologe* ac quædam alia;* opposuit autem illis CASP. DIVS *rathsames bedencken von mitteln*, *durcl rechte weg christlicher einigkeit zwischen den vnd pfælzischen kirchen endlich zu erlangen*, *er kœnne*, Hal. MDCXIII. 8.** Inprimis mentio fiei PAREI. Edidit is: *irenicum; siue de vnione et gelicorum concilianda librum votiuum*, *paci eccle riis pacificorum dicatum*, Heidelb. MDCXV. 4.* rias recensuit caussas, cur pax sacra inter luthe formatos conciliari et possit et debeat, dissens illorum non pertinere ad fundamenta fidei: c de sacra cœna non ad integram doctrinam il partem tantum eamque ad salutem non necessa re: iam antea eiusmodi pacem Marpurgi, V Sendomiriæ factam fuisse. At quam falsæ, va sint rationes hæ, monstrarunt: IO. GEORG. in *admonitione christiana de irenico Parei*, Tubin qui et *responsionem ad orationem Parei de pace clesiarum euangelicarum*, Tubing. MDCXVII LEONARD. HVTTERVS in *irenico vere christi*

rum scriptorum, quae a theologis vitembergensibus, rintelensibus atque aliis in publicam educta sunt lucem. Finito illo, prodiit: *breuis relatio colloquii, auctoritate Guilielmi, Hassiae landgrauii, inter theologos quosdam marpurgenses et rintelenses habiti, vna cum concluso eorumdem theologorum*, Cassel. MDCLXI. 4. ac germanice: *kurtzer bericht von dem colloquio*, ceter. eodem anno. Ex qua *relatione* quum videndum esset, quae a dictis theologis peracta sint ac decreta; nec difficulter intelligi posset, omnia comparata esse ad syncretismum, vitembergenses theologi primi fuerunt, qui arma sumerent atque in certamen descenderent. Eam in rem scripserunt: *epicrisin de colloquio cassellano-rintelio-marpurgensium*, quae et latine et germanice sub titulo: *bedencken vber dem cassellischen colloquio*, ceter. Vitemberg. MDCLXIII. 4. exiit; rintelenses autem, vt caussam suam tuerentur, *epistolam apologeticam ad inuariatae augustanae confessioni addictas academias et ministeria* exararunt, quae latine sine loci atque anni mentione lucem adspexit; ab ipsis autem rintelensibus sermone germanico MDCLXVI. edita est. Accessit: *vindiciarum rintelensium aduersus epicrisin vittebergensem super colloquio cassellensi epitome*, sine loco MDCLXIII. 4. item: *necessaria theologorum rintelensium colloquii cassellani, anno* MDCLXI. *habiti, declaratio, bono publico delibata*, cum DREIERI *discursu de vocabulo syncretismi*, sine indicio loci MDCLXIII. 4. Vitembergenses opposuerunt: *iustam et necessariam antapologiam, qua syncretismi casselani foeditas et antícriticorum autocatacrisis erroresque grauissimi deteguntur*, Vitemb. MDCLXVI. 4.* Nec tamen soli vitembergenses ac rintelenses dimicandi partes susceperunt; sed etiam alii in certamen hoc venerunt. Pro rintelensibus, pacis restituendae cupidis, praecipue pugnauit: HENRIC. MARTIN. ECCARDVS atque in lucem emisit: *weniges, kurtzes vnd wohl meinendliches bedencken vber das theologische gespraech, welches vor anderthalb iahren zu Cassel gehalten worden*, MDCLXII. 4. qui autem aduersarium expertus est IACOB. TENTZELIVM. Hic enim opposuit: *kurtzen bericht von kirchen-frieden der lutherischen mit den caluinischen ir-*

* FABRICII *histor. biblioth. part.* IV. p. 359.

thumern vnd derselben vorsetzlichen vertheidigern, [illegible] MDCLXIII. ac quamuis ECCARDVS defendere se, conatur in *der abgenœthigten kurtzen; aber doch grundlichen vertheidigung seines bedenckens*, Rintel. MDCLXIII. 4. TENTZELIVS tamen ei satisfecit in *der grundlichen gegenvertheidigung d[es] kurtzen berichts von dem kirchenfrieden der lutherischen [v]nd den colvinischen irthumern vnd derselben vorsetzlichen [ver]theidigern.* Præter eum, cum Eccardo congressus [est] CHRIST. CHEMNITIVS atque illum oppugnauit in *[de]m vertheidigten grund des glaubens vnd der seligkeit; oder [be]richt vnd antwort auf Eccardi bedencken vber das theologische gespræch*, Ien. MDCLXIV. 4. * eodemque tempore [I]O. CHRISTOPH. SELDIVS in lucem protulit: *[notwendige] entdeckung des syncretistischen abgotts vnd greuels; oder [der] hochschædlichen religions-vermischung, so zwey rinteliſche [vnd] zwey marpurgische theologi in die heilige stadte der [evange]lischen kirche zu setzen, sich vnterstanden*, Altenb. MDCLXIV. Attamen et alii fuerunt, qui se cum Eccardo coniungerent ac pro colloquio cassellano propugnarent. Sic IO. [HEN]NICHIVS scripsit *dissertationem de gratia et prædestinatione*, Rintel. MDCLXIII. 4. ac defensionem quidem rintelensium theologorum contra adcusationem, illos reformatorum dogmata ac sacra amplexos esse, suscepit; tamen opinatus est, dissensionem lutheranorum ac reformatorum non pertinere ad fundamentum fidei. Sic et SEBAST. CVRTIVS in communionem certaminis pro colloquio cassellano venit. Quum enim ISAAC. FAVSTIVS commentationem, inscriptam: *irene siren; siue exercitatio ad colloquium cassellanum ostendens, periculosam pacem esse et perniciosam, cuius illecebris præsens mundus capitur*, Argent. MDCLXIII. emisisset, CVRTIVS opposuit dissertationem: *de fundamento salutis et articulis fundamentalibus*, Marpurg. MDCLXIV. respondit autem FAVSTIVS in *exercitationis ad colloquium cassellanum institutæ, irene siren inscriptæ, defensione*, MDCLXVI. atque addit: *dissensum exercitationis contra colloquutorem cassellanum* MDCLXVII. Iuris publici quoque fecerat CVRTIVS dissertationem, exhibentem: *confutationem articuli I. sect. 2.* [...]

* FABRICII *histor. biblioth. part.* IV. p. 334.

est de sacra cœna, in epicrisi theologicæ facultatis vitembergensis de colloquio cassellano rintelio-marpurgensium, Marpurg. MDCLXVII. restitit autem ei PETR. HABERKORNIVS in *vindiciis articuli* 1. *sect.* 2. *epicrisis vitembergensis, syncretismo cassellano oppositis*, Gieff. MDCLXIX. 4. Nec germanicarum tantum; sed etiam aliarum regionum reformati doctores monstrarunt, se colloquium cassellanum adprobare, in quorum numero sunt: I) IO. HOORNBEEKIVS in dissertatione de *consociatione euangelica reformatorum et augustanæ confessionis; siue de colloquio cassellano*, Amstelod. MDCLXIII. 4. * ac germanice sub titulo: *theologische vnterredung zwischen den hessen-cassellischen reformirten vnd augspurgischen confessions-verwandten*, Hanou. MDCLXIV. 12. refutatus autem est Hoornbeekius ab ABR. CALOVIO in δοκιμασία *spiritus syncretistici nuperæ dissertationis lugdunensis Io. Hoornbeekii de consociatione reformatorum et augustanæ confessioni addictorum*, Vitemberg. MDCLXVII. 4.** II) SAMVEL MARESIVS, cuius exstat: *relatio colloquii inter theologos marpurgenses et rintelenses, cum obseruationibus irenicis*, Geneu. MDCLXIII. 4.*** quem itidem CALOVIVS impugnauit in dissertatione hoc titulo: *ad obseruationum irenicarum Samuelis Maresii de colloquio cassellano præloquium et conclusionem hypomnemata*. Referri et huc debent: theologorum vitembergensium *grundlicher beweis, daß die caluinische irthumer den grund des glaubens betreffen vnd der seligkeit nachtheilig seyn*, Vitemberg. MDCLXIV. 4. ANDR. KVHNII scriptum de *puncto et momento discrepantiæ inter lutheranos et caluinianos ad relationem colloquii cassellani*, Budiff. MDCLXIV. 4. * Antequam de colloquio hoc lis fieret, iam inter Cassellanos fuerunt, qui cogitationes ad id conferrent, vt lutheranos ac reformatos

---

* FABRICII *histor. bibloth. part.* V. p. 75.

** ibidem *part.* IV. p. 360.

*** conf. CALOVII *histor. syncretistic.* p. 609. SCHMIDII *introduction. sagittarian. tom.* II. p. 1604. CAROLI *memorabil. eccles. sec.* XVII. [illegible] II. p. 265. *die gelehrten aus alten nachrichten gezogene neuigkeiten, part.* I. p. I. sqq.

* [illegible] contra colloquium cassellanum; et pro isto scripta sunt, ea [illegible]ollervs *Cimbr. litterat. tom.* II. p. 568. diligenter atque vberius percenset.

matos in priſtinam reducerent concordiam. In his loco habuit PAVLLVS STEINIVS, qui non ſolum *ſacrum ſermonem* de pace conciliandа; verum etiam: *euangeliſche kirchen-bruderſchaft*, Caſſell. MDCXXII. 4. publicæ luci exp. fuit; bellum autem ei indixit BALTHAS. MENTZERVS atque oppoſuit: *examen; oder probe der rettung Paulli Steinii vber ſeiner friedens-predigt*, Gieſſ. MDCXX. 4. *wohlgegründete antwort auf Paulli Steinii euangeliſche kirchenbruderſchaft*, ibidem MDCXXIV. 4. *diſputationes* IX. *anti-ſteinianas* eodem loco MDCXX. 4.* *diſputationes* VIII. *anti-ſteinianas* ibidem MDCXXIII. 4.** De Schœnfeldio, Crocio atque aliis pacificatoribus taceo; addo tamen, ætate hac NICOL. HVNNIVM ſcripſiſſe: *diaſcepſin theologicam de fundamentali diſſenſu doctrinæ euangelico-lutheranæ et caluinianæ, dordrechtana ſynodo proditæ*, Vitemb. MDCXXVI. et MDCLXIII. Qui liber vti egregius eſt; ita merito magnam comparauit ſibi exiſtimationem, quia neque antea; neque poſtea vllus tam ſolide atque adcurate, ac Hunnius, monſtrauit, diſſenſum inter nos ac reformatos eſſe fundamentalem. Eam ob cauſſam is reformatis multum diſplicuit et a quibusdam impugnatus eſt, nominatim: a CONRADO BERGIO in *der grund vnd hauptſumma des wahren chriſtenthums*, Francof. ad Oder. MDCXXXIII. 4. et in *praxi catholica diuini canonis contra quasuis hæreſes et ſchismata*, Brem. MDCXXIX. 8. SAM. STRIMESIO in *ingenua in controuerſias euangelicorum inter ſe inquiſitione*, Francof. ad Oder. MDCCVIII. 8. etiam a CHRIST. MASSONIO; ſiue BECMANNO, in *anatome vniuerſali triumphante*. Edidit tamen IO. HERMANN. a ELSWICH *vindicias diaſcepſeos hunnianæ*, aduerſus Strimeſium, Vitemberg. MDCCXII. Lipſ. MDCCXIV. 4. eumdemque et GOTTL. WERNSDORFIVS diſſertatione, cuius titulus eſt *ſanæ doctrinæ de fundamento fidei vindicatio*, Vitemberg. MDCCIX. confutauit.***

Eodem ſeptimo ac decimo poſt natum ſeruatorem ſeculo IO. DVRAEVS omni ſtudio id egit, vt reformatos cum luth

* exſtant in eiusdem *oper. latinor. tom.* II. p. 527.
** *ibidem* p. 701.
*** vid. MOLLERI *Cimbr. litterat. tom.* II. p. 383.

...nis conciliaret, hancque in rem non solum multa ...fecit ac cum theologis vtriusque partis colloquia ...; sed etiam consilia sua variis scriptis commenda... autem omnem operam perdidisse, constat. Qui ...ctant, libri eius sunt: *aliquot theologorum Galliæ et ...clesiæ anglicanæ episcoporum*, Dauenantii, Mortoni et ...*entiæ de pacis rationibus, inter euangelicos vsurpan-* ...din. MDCXXXIV. 4. Amstelod. MDCXXXVI. Londin. ...VIII. 8. Francof. MDCXL. 8.* *hypomnemata de studio ...siasticæ*, Amstel. MDCXXXVI. 4. *consultatio theologica ...tio pacis ecclesiasticæ promouendo*, Lond. MDCXXXVI. ... *de iis, quæ Io. Duræus in studio ecclesiasticæ concor-... euangelicos prosequendo, agitare instituit erga eccle-...nicarum theologos*, Brem. sine anno 12. *the peace-... the reconciliation to be procured between the refor-...rches*, Londin. MDCXLVIII. 4. *capita de pace euange-*...ndin. MDCLVII. 4. item: *irenicorum tractatuum pro-* ... in quo vt et titulus habet, præliminares continen-...tus de pacis ecclesiasticæ remoris, e medio tollen-... concordiæ euangelicæ fundamentis, sufficienter ia-... reconciliationis religiosæ procurandæ argumentis ...diis: de methodo inuestigatoria ad controuersias ..., sine contradicendi studio et præiudicio pacifice de-...des, Amstelod. MDCLXII. 8. ** *information touchant le ...t, qu' on doit faire de l' harmonie des confessions et ... on s' en peut seruir pour moyenner la paix des eglises ...tes*, cuius generis alia plura illius scripta exstant, ...: *disquisitio de articulis veri christianismi fundamen-...:* de *pacis ecclesiasticæ rationibus, inter euangelicos vsur-...:* dissertatio de *mediis necessariis, quibus difficultates ...re irenico superari possunt: disquisitio ad amicum de dis-... protestantium.* Eorum, quæ ad caussam suam defen-...m aduersariis opposuit, paullo post mentionem fa-..., quando istos enumerabo. Id nunc a me deno-...m esse, puto, ad Duræum adiunxisse se IO. MELLE-

TVM

...*uldige nachrichten*, 1717. p. 739.

glandii in libro contra angustam portam Eduardi MDCXXXII. iuris publici fecit; eodem autem an GLANDIVS confutationem publicæ luci exposi scriptam : *imbecillus remonstrans, prostratus ac di vi doctrinæ veritatis, quæ secundum pietatem est.* PIVS itidem anno hoc respondit in *vi pietatis pr dilacerata Iacob. Triglandii, partim omissis resp partim infirmis subterfugiis.* Anno sequenti MD TRIGLANDIVS contra scriptum hoc emisit: *vera nem defensam contra calumniosas ac peruersas argu strantium societatis*, ac libellum hunc, vt colloquium formatum ac remonstrantem, formauit, ac EPISCO spondit in libro, cuius titulus est : *rixosa religio tricata, falsa et ratione carens religio Iacobi T* quiue etiam colloquio inter reformatum et discre trarcmonstrantem constat, ac quamuis TRIGL et ad hoc daret responsionem; Episcopius tamen mauit, se aduersario suo satisfecisse hocque no luit in certamine progredi.* Exstat præterea TR DII *antapologia; siue examen atque refutatio totius remonstrantium*, post obitum eius Harderuic. MD edita, postquam auctor istam progressu tempori ad disputandum proposuerat ac postea ipse dis

OWENI *display of the arminianism, being a discouery old pelagian idol*, Lond. MDCXLIII. MDCXLIX. 4.

IER. SPANHEMII *disputatio de quinquarticulanis rfiis, pridem in Belgio agitatis*, ad consequendos honores theologiae defensa, Lugdun. Batauor. * quam ab *Arnoldo Poelenburgio* confutatam esse, iomaui:

CLOPPENBVRGII *disputationes septem ad quinque remonstrantium*, Franeck. MDCXLVI. 4.**

RHETORFORTIS *examen arminianismi conscriptum olis dictatum*, id quod recensuit atque edidit *Nethenus*, Vltrai. MDCLXVIII. 8. Oppositum id ipue *apologia* remonstrantium atque ita scriptum, atione, eruditione atque ordine prae aliis eius-oris multum se commendet. Prodierunt etiam *exercitationes apologeticae pro diuina gratia*, contra m, Franeck. MDCLII. 8.

RYSSENII *synopsis impurae theologiae remonstran-* trai. MDCLXI. 8.

RIDANI *examen catechismi remonstrantium*, Amstel. VIII. 4. ac *iudicium de vniuersa remonstrantium*, quod auctor belgice litteris mandauit; inter-im quidam latine reddidit: ***

STRIMESII *ingenua in arminianismum inquisi-centuria adnotationum in Spanhemii praecipuas cum is controuersias*, lectionibus ac disputationibus per-*confecta*, quae vna cum FRID. SPANHEMII *controuersiis cum arminianis ac remonstrantibus* ho-ex illius *elencho controuersiarum* sumtis, Franc. ad DCCIII. 8. prodiit, * eo consilio, vt viam ad con-ecclesiasticam pararet.

* em operibus locum habet *tom.* III. p. 1167.

** eius *oper. theolog.* p. 267.

*** est auctoris *libris octo de origine erroris*, p. 529.

* lit. MDCCIV. p. 38.

§. V.

A lutheranæ religionis doctoribus non quot a reformatis, contra arminianos edita s enim illi, a nobis disiuncti, sedem suam i locarent, ac cum iis, qui Caluinum adi micarent; hoc autem nomine controuersiæ sticæ, nostrates existimarunt, non grauiores cur copiosas longasque disputationes contra tes susciperent. Attamen nonnulli eorum s errores arminianorum profligandos contuler maxime, qui se a socinianorum dogmatibu nos esse, satis testati sunt. Monstrant h scripta:

IO. ERNEST. GERHARDI *synopsis armi sententia remonstrantium circa aliquot fidei ch los*, Ien. MDCLVI. 4.

ABR. CALOVII *consideratio arminianism nouellæ sectæ de omnibus religionis christianæ c rationis remonstrantium, e scriptis cumprimis p exhibens eamdemque e sacris litteris et patrum monumentis succincte refellens*, Vitemb. MDC et MDCLXXI. 4. cui tertiæ editioni accesseru *arminianismi contra Henricum Nicolai expedita*

CHRISTOPH. FRANCKII *exercitationes antilimborchianae de praecipuis inter lutheranos et remonstrantes; siue arminianos controuersiis, Philippi a Limborch theologiae christianae opposita*, Kilon. MDCXCIV. 4. * Coniunctum cum illis est: *specimen controuersiarum, quae ecclesiae lutheranae cum remonstrantibus intercedunt*, antea editum MDCLXXIII. vbi de iis, quae ad dogma de sacra scriptura pertinent, cum generatim contra remonstrantes; tum speciatim aduersus Episcopium, Grotium, Curcellaeum atque alios disputatur. In *exercitationibus* ipsis non omnes controuersiae cum arminianis; sed praecipuae ac difficiliores pertractantur; quam autem auctor sequitur, confutandi ratio est solida ac laudabilis, eam quoque ob caussam, quia ostendit, de quibus sententiis sociniani ac remonstrantes vel consentiant; vel inter se discrepent: **

GVSTAV. GEORG. ZELTNERI *breuiarium controuersiarum, cum remonstrantibus agitatarum*, Altorf. MDCCXIX. 8. quod ordine, concinnitate, rerum delectu se commendat ac praecipue tyronibus in controuersiis theologicis egregiam vtilitatem praebet. ***

§. VI.

DISPVTATVM est contra remonstrantes atque illorum dogmata non solum generatim; sed etiam speciatim aduersus certos eorum socios; vel singulares, quas amplexi sunt, sententias. Eos, qui cum vno tantum ex remonstrantium coetu congressi sunt, postquam antea percensui, nunc scripta controuersiarum de quadam tantum re; aut argumento commemoranda esse, existimo.

Spectat huc praesertim lis de iure magistratus in rebus ecclesiasticis, quae nascebatur, quum ordines foederati Belgii in gratiam remonstrantium edictum promulgarent atque vtrique parti mutuam concordiam ac tolerantiam praescriberent. Decretum hoc contraremonstrantes impugna-

* [...]xatur etiam editio Kilon. MDCCIV. 4.

** [...]erudit. MDCXCIV. p. 345. LILIENTHALII *theol. bibl. tom.* I [...] 175.

*** [...]schuld. *nachrichten* 1719. p. 913.

pugnabant; remonstrantes autem defendebant [illegible]
disputabatur, princeps argumentum erat quæsti[illegible]
sit potestas penes magistratum circa sacra? Inte[illegible]
contra illud scribebant, SIBRANDVS LVBBERTV[illegible]
que aliis persuadere voluit, ab ordinibus Holl[illegible]
reses in ecclesiam induci. Caussam illorum qu[illegible]
HVGO GROTIVS in *ordinum Hollandiæ ac West[illegible]*
te, Lugdun. Batauor. MDCXIII. 4. Leouard. [illegible]
belgice 4. ac gallice: *la pieté des etats d'H[illegible]*
Westfrise, Lugdun. Batau. MDCXIII. 4. oppo[illegible]
solum SIBRANDVS LVBBERTVS *responsionem a[illegible]*
Grotii, Franeck. MDCXIV. 4. et 8. ac lingua belgi[illegible]
loco atque anno 4. sed etiam IO. BOGERMAN[illegible]
tiones ad scriptum Hugon. Grotii de sua pietate in[illegible]
stiana et remonstrantium, Leouard. MDCXIV. 4. [illegible]
Francof. eodem anno eademque forma. Co[illegible]
BERTI *responsionem* factum est ab ordinibus Holl[illegible]
cretum atque in lucem exiit, titulo: *decretu[illegible]*
Hollandiæ contra libellum Sibrandi Lubberti, *in[illegible]*
sponsio ad pietatem Grotii, Lugdun. Batauor. [illegible]
ac GROTIVS aduersario suo restitit in *ordinum*
et Westfrisiæ pietate, *ab improbissimis multorum*
præsertim vero a Sibrandi Lubberti epistola, *quam*
[illegible]

tate et conciliorum, *antiquorum patrum*, *confessionum publicarum et recentiorum doctorum testimoniis*, Vltrai. MDCXIV. 4. ac præter hoc, reliquit librum de *imperio summarum potestatum circa sacra*, post mortem eius sæpe editum, Paris. MDCXLVI. 8. MDCXLVIII. 12. cum DAV. BLONDELLI *scholiis* eiusdemque *tractatu de iure plebis in regimine ecclesiastico*, Paris. MDCXLVIII. 8. Hag. comit. MDCLII. 8. MDCLXI. 8. Amstelod. MDCLXVIII. 12. MDCLXXVII. 8. et 12. Francof. ad Viadr. MDCXC. MDCXCIX. 4. cura *Becmanni*. Quibusdam harum editionum additus est libellus de *officio magistratus christiani circa sacrum ministerium*. Inter remonstrantes etiam IO. VYTENBOGARDVS in caussa hac ingenium suum exercuit ac scripsit: *tractatum de officio et autoritate superioris christiani magistratus in rebus ecclesiasticis*, lingua belgica, Hag. comit. MDCX. 4. Primam editionem hanc aliæ sequutæ sunt tertiæque Roter. MDCXLVII. 4. accesserunt VYTENBOGARDI defensiones libri huius contra Acronium, Walæum atque alios. * Aduersarium habuit ANTON. WALAEVM in tractatu de *iure magistratus in ecclesiasticis*, MDCXVI. ** qui tamen, idoneis armis destitutus, in certamine hoc minus superior extitit ipseque oppugnatus fuit a GER. IO. VOSSIO in *dissertatione epistolica de iure magistratus in rebus ecclesiasticis*, Amstelod. MDCLXIX. 4. *** Venit præterea in eruditorum conspectum VYTENBOGARDI *defensio decreti ordinum Hollandiæ*, belgice scripta, Hag. com. MDCXV. 4.

Alia scripta prodierunt iisque itidem de iure magistratus in rebus ecclesiasticis disputatum fuit. Commemoranda præcipue est: NICOLAI VEDELII *disputatio de magistratu*, contra BELLARMINI librum de *laicis*, Dauentr. MDCXXXVIII.

---

* quæ ad historiam libri huius pertinent, ea ipse VYTENBOGARDVS in *vita* sua, belgice scripta, *cap.* 7. p. 74. et *histor. ecclesiast.* itidem sermone belgico edita, *part.* III. p. 495. enarrat: conf. CATTENBVRGHII *biblioth. scriptor. remonstr.* p. 139.

** exstat et gallice eius: *l'office des ministres: l'autorité et surintendance qu'un souuerain magistrat chretien doit auoir sur icelui*, Amstel. MDCXVIII. 4.

*** [legenda] illa est cum in *tractatibus* eius *theologicis* p. 855. tum in *[præstantium] ac eruditor. viror epistol. eccles.* p. 441. Refutatur Vossius a VOETIO *polit. eccles. part.* IV. p. 806.

MDCXXXVIII. poſtea ſub titulo: *de epiſcopat magni; ſeu de poteſtate magiſtratuum reformata ecclesiaſticas diſſertatio, repetita cum reſponſione ta quædam*, Leouard. MDCXLII. 12. * i In ea quum auctor nonnullis videretur, cum a de re conſentire ac reformatorum ſententiam diſſertatio eius a ſenatu dauentrienſi proſcript ta eſt. Prodiit: IACOB. REVII *examen diſ col. Vedelii de epiſcopatu Conſtantini magni*, cen MDCXLII. 12. præter hoc autem: GVIL. *ius maieſtatis circa ſacra; ſeu de iure magiſtr ecclesiaſticas, contra Nicol. Vedelii tractatum Conſtantini magni*, duabus partibus, Medioburg Vterque liber pro miniſterio eccleſiaſtico con que plus, quam magiſtratui, tributum erat autem, qui Apollonii refutaret. Exiit in tum, quod nunc rarum eſt, hoc titulo: *gr pueriles cothurnus ſapientiæ, quo ſe iactat Guilielmus Apollonii in centonibus, quos edidi ieſtatis circa ſacra, contra libellum Nicol. Vedelii Conſtantini magni*, Franeck. MDCXLVI. 8. ** ſequebantur alia vtriusque partis. Prodib LARENI *epiſtola ad Gu. Apollonii contra ca famoſi cui nomen gralle*, Medioburg. MD

: libelli, acerbe atque aspere exarati, lucem
Qui *grallas* composuerat, illius exierunt:
us, de nouo in scenam productus, cum pantomi-machide vlissingano; seu responsio ad epistolas et Iodoci Lareni, Franeck. MDCXLVII. 8.
lissingana walachro-papistica; seu responsio ad i Lareni, quam nuperrime in lucem dedit ad . Apollonii, grallatorem vereanum walachro-
m anno: *colus vlissinganus; seu anilis strena, issi walachria obtulit Iodocus Larenus, discussa*
Vltraiect. MDCXLVIII. IOD. LARENI *data ; seu ad colum vlissinganum a laruato furente iciorum, calumniarum, mendaciorum ac putido-tum penso circumdatum responsio*, Mediob.
terium frisium aduersus deleterium walachrum, o ad Iodoci Lareni polymathiam pro nouo papa-
Vltrai. MDCL. Ex iam adductis libellorum
ıdum est, qualis disceptandi ratio in concer-
t adhibita ac qualia sint alia Lareni scripta
ıe consulto omissa. Nec res ipsa, licet lon-
o instituta fuerit, tam vere, perspicue ac
osita est, vt pateat, qui iusti sint termini
ratuum ac sacerdotum in rebus ecclesiasticis.
ıs Vedelii aduersariis addo IACOB. TRI-
qui illi *tractatum de ciuili et ecclesiastica po-*
lod. MDCXLII. opposuit; plura alia autem
bus itidem de iuribus circa sacra expositum
MOLINAEI, LVCII ANTISTII CON-
AMB. VELTHVYSII, GER. VAN DER
:eliquorum, silentio prætermitto, vtpote ab
aliena. *

Varia

ı hac inter remonstrantes et contraremonstrantes
, qui ad illam pertinent, videantur: BENTHE-
s holländischen kirchen- vnd schulen-staat, part. I.
. II. p. 73. sq. VOETIVS *polit. ecclesiast. part.* I.
IV. p. 806. *sqq.* BAELIVS in *diction. histor. et edelius:* auctor *manium Hug. Grotii ab iniqu. obtre-ctator.* p. 40. 705. sqq. PFAFFIVS *introduct. in hi-litterar. part.* II. p. 316. *bibliotheca iuris imperan-tium*

Varia quidem sunt doctrinæ christianæ capiti-bus inter arminianos ac reformatos disceptatu princeps tamen dogma est de prædestinatione. vti controuersia inprimis spectabat; ita etiam di-gularia vtriusque partis scripta in lucem pro Quum enim GVIL. PERKINSIVS edidisset libe *modo et ordine prædestinationis*, Basil. MDXCIX. 8. ARMINIVS dedit illius *examen*; GVIL. TWISSV opposuit: *responsionem scholasticam ad examen libelli sianí, institutum a Iacob. Arminio*, Amstelod. MI MDCXLVIII. fol. ac DANIEL TILENVS, antequa Arminii familiam adiungeret, iuris publici fecit *rationem sententiæ Arminii de prædestinatione, gra bero arbitrio*, MDCXII. 8. contra quem caussam egit IO. ARNOLD. CORVINVS in *defensione Iacob. Arminii de prædestinatione, gratia dei, libero arbitrio*, Lugd. Batau. MDCXIII. 8. Sic et CONRA STIVS cum Io. Piscatore de eodem dogmate p nationis litem habuit ac contra aduersarium edidi *men tractatus Io. Piscatoris de diuina prædestinatione* MDCXVIII. 4. atque *ideam pleniorem doctrinæ Io. P de prædestinatione*, Goud. MDCXVIII. 4. Quam ı MINIVS scripserat, *analysin noni capitis epistolæ Romanos* impugnauit IODOCVS LARENVS in *re ad Iac. Arminii analysin in* IX. *ad Romanos*, Me MDCXVI. 8. Plura controuersiæ huius scripta vt atque adcuratiorem illorum notitiam suppeditem, celle esse, eam ob caussam puto, quoniam de ist differui.

---

tium quadripartita, p. 159. inprimis THOMASIVS in *bi tentionis inter imperium et sacerdotium*, p. 346. sqq. vbi huc spectant, diligenter recensentur; non semper ratione, quam veritatis norma postulat, diiudicantur.

C

CAPITIS QVINTI
DE
THEOLOGIAE POLEMICAE
SECTIO XVI.
DE
TIS CONTROVERSIARVM
CVM GRAECIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

rum est de græcis, ueroversiæ spectent

ma, quæ historiam ·sie græcæ comple- ue illustrant §. II. ecis composita sunt, ; et polemica §. III.

posita sunt a pon- tificiis §. V.
A lutheranis ac reformatis §. VI.
Quum hæc commemorata sunt, sequuntur scripta cum græcorum; tum pontificiorum, lutheranorum et reformatorum de singularibus argumentis controuersiis §. VII.
Eaque, quibus de consensione græcæ ecclesiæ cum latina disputatum est §. VIII.

mis, quam græci profitentur, ratio est, vt r christianorum sanctiores cœtus singularem nstituat, siue ad dogmata; siue ad ritus ertatur. In aliis doctrinæ capitibus a pon-oteſtantibus diſſentiunt; in aliis autem cum nanæ doctoribus, ſaltem quodam modo, Diſcrepantia hæc pariter ac conuenientia nulta ſint diſputata de religione hac ac lites græcos et latinos: illos videlicet græcos, nt non ſolo nomine; ſed re ipſa ac dogmata, ecæ propria, defendunt, hacque de cauſſa cis differunt, qui *neoterici*, *latinizati*, λατινό-*rii* adpellantur, quoniam licet ſint gente erio tamen ac poteſtati epiſcopi romani ſe

§. II.

TORVM, quæ ad controuerſias græcorum a recte intelligendas ac diiudicandas adiu-menta

Inter græcos hiſtoriæ huic deſcriben
runt: I) CHRISTOPH. ANGELVS in
hodiernorum græcorum, quod prodiit p
latine, Cantabrig. MDCXIX. 4. deinde
Feblauii Francof. MDCLV. 8. ac cum
adnotationibus multisque ſcriptoru
MDCLXVIII. Lipſ. MDCLXXI. MDCLXXIX
in titulo habet C. A. G. F. *hiſtoria*
MDCCXX. 4. non noua eſt editio; ſed
inſcriptionem præfert. Auctor non tan
quam ritibus græcorum verſatur ac qu
neque grauiori iudicio; neque adcuratio
rum ſcientia inſtructum eſſe: vera f
miſceat: etiam plebeio ſermone vtatur;
non penitus contemnendus eſt; ſed v
præbet ac prauum eccleſiæ græcæ ſtatum
bis ponit: * II) EVSTRATIVS IO
LOWSKI, qui, natione ruthenus, quu
atque Altorfii commoraretur, breuiorem
ſiæ græcæ ſcripſit eamque patrono ſuo,
didit. A quo poſtquam gener iſtius v
LINGIVS librum hunc, manu exaratur
adnotationibus illum illuſtrauit atque i

antehac; nunc vero cum notis euulgata, Norimb. XXI. 8. * Plura in ea itidem habentur de ritibus; dogmatibus græcorum ſique et de his exponitur; en ſunt pleraque, de quibus græci cum prote- consentiunt: III) ALEXANDER HELLADIVS, um inſcriptum: *ſtatus præſens ecclesiæ græcæ, in n cauſſa exponuntur, cur græci moderni noui teſta- ditiones, in lingua græco-barbara factas, acceptare* Altorf. MDCCXIV. 8. edidit atque in eo græcam nem ac peritiam non vulgarem rerum patriæ ec- arum ac litterariarum probauit. Attamen et ſuæ vitia oſtendit, maxime ambitionem atque in- Nimium adfectibus mentis indulget atque eos, rebus græcorum ac ſtatu eorum recentiori com- ſunt, acerbe perſtringit, præſertim quando de haud honorifice iudicauerint. Quæ et alia libri tia erudititiſſimi viri, inprimis IO. MATTH. GES- in *obſeruatione de eruditione græcorum; qui hodie* ontra Helladium **, notarunt. ***

ificiorum ſcripta de rebus eccleſiaſticis græcorum NTON. POSSEVINI *Moſcouia*, Viln. MDLXXXVI. 8. p. MDCLXXXVII. 8. item Colon. MDLXXXVII. et fol. cum opuſculis quibusdam, vbi multa haben- æ ad res religioſas ruthenorum pertinent: * CAR- BARONII *hiſtorica relatio de Ruthenorum origine e miraculoſa conuerſione et quibusdam aliis ipſorum rebus geſtis; item quomodo progreſſu temporis ab agnita*

---

editor. MDCLXXXII. p. 6.

menor. lipſienſ. tom. II. p. 399.

ir. de Treuoux, MDCCXVIII. *octobr.* p. 535. *iourn. des ſa-* MDCCXVI. *iun* p. 603. *iul.* p. 3. *vnſchuld. nachricht.* 1714. 61. 1016. LILIENTHALII *theol. bibliotb. tom.* II. p. 178. IMMANNI *catalog. bibl. theol.* p. 812. FABRICII *biblioth.* e. *vol.* X. p. 515. ZELTNERI *breuiarium controuerſiar. cum* *ſ. græc.* p. 40.

ITTARII *introd. in hiſtor. eccleſ.* p. 454. NICERONII *memoi- tom.* II. p. 228. Exponit quoque POSSEVINVS in *adparatu* de ruthenis, et in *bibliotheca ſelecta* de ratione agendi cum ecis et ruthenis.

et des coutumes des nations du Leuant, fi
de Moni, MDCLXXXIV. 8. poſtea cum
tique des dogmes et des controuerſes des c
Treuolr. MDCCXI. 8. *** qui liber qu
orientis generatim ſpectat, in eo quoqu
de græcis ac ſacris eorum differit, ea ra
atque animum, a partium ſtudio alieni
controuerſiam autem, quæ inter illum ac
quæſtione: num inter latinos ac græco
tiatione conſenſio ſit; nec ne? ſupra en
LA CROIX *état preſent des nations et e*
menienne et maronite en Turquie, Paris.
MDCCXV. de quo ſcripto nonnulli conte
alii contra rectius ſtatuunt, id non omn
eſſe, ea præſertim de cauſſa, quia auctor
atque auditas, litteris mandauit, licet ex
rum pontificiorum ſequutus, aliis per
græcos cum romana eccleſia de plerisque
tire. **

* NICERONII *memoir. tom.* XXVII. p. 306.
adpendice tom. VII. *annal.* ſunt, de *ruthenis, a*
apoſtolicæ a Clemente VIII. *receptis* ...

scriptores, quos enarrare cœpi, et lutherani sibi fecerunt eumque non infimum, satis testati, se morasse, qualis sit status ecclesiæ ac religionis græcæ, modum libri eorum, nunc percensendi, osten-

CHYTRAEI *oratio de statu ecclesiarum hoc tem- Græcia, Asia, Boëmia*, ceter. primum Rostoch. 8. edita; postea autem prodiit illa Vitemberg. Goerlic. MDLXXIII. Græcii MDLXXIV. Vitemb. cum epistolis, ex vrbe Constantinopoli ad Chy- Crusium atque alios transmissis eoque consilio ad- quæ dicta fuerant in oratione, illa confirmarentur; Francof. MDLXXXIII. 8. cum iam memoratis GENNADII *confessione fidei*: epistola constanti- næ ecclesiæ ad boëmos, quæ editio reliquis ele- sua præstat. Exiit etiam germanica interpretatio: *and der kirchen in griechenland.* Multam laudem hæc auctori conciliauit. Primus ille est, qui inter nos notitiam de ritibus ac doctrina græcorum atque orientis christianorum dedit, ac licet illa sit bre- veluti lineis tantum absoluatur; minus tamen vti- ac pretio caret. * ANTON. POSSEVINVS aduer- m edidit: *retectionem imposturarum cuiusdam Dau. , quas in oratione quadam inseruit, quam de statu arum*, ceter. *edidit et per Sueciam et Daniam ad orthodoxam fidem disseminari curauit*, Ingolstad. LXXIII. 8. ** defendit autem se CHYTREAVS in *sione ad Antonii Posseuini et Mylonii cuiusdam crimina-* r, Vitemb. MDLXXXIV. 4. ***.

io hæc pluribus recensetur in SCHVTZII *vita Chytræi, libr.* II . 92. cui addas: REIMMANNI *catal. biblioth. theol.* p. 815 ELTNERI *breuiarium controu. cum eccles. græc.* p. 38.

um in opusculis habet, quæ POSSEVINI *Moscouiæ* addita sunt 278. edit MDXCV. ALLATIVS quoque de *ecclesiæ occident. que oriental. perpetua consensione, libr.* III *cap.* 15. p. 1181. ratione hac contumeliose differit

ontrouersiam hanc vberius enarrat SCHVTZIVS *dict. loc. lib.* II. p. 101.

MART. CRVSII *Turco-graeciae libri octo, quibus g corum status sub imperio turcico in politia et ecclesia, eco mia et scholis, iam inde ab amissa Constantinopoli ad hae que tempora, luculenter describitur*, Basil. MDLXXX MDXCIV. fol. opus egregium: in historia graecorum e ciuili; tum ecclesiastica perutile ac rarum :*

ELIAE VEIELII *exercitatio de ecclesia graeca dierna, Allatio potissimum, Arcudio et Nihusio opposita*, qu vt disputationem academicam, a Dannhauero praeside iutus, Argentor. MDCLXI. publice defendit; postea tem illa sub adducto titulo Argentor. MDCLXVI. 4. prod LEO ALLATIVS quum refutationem ** eius scripsiss VEIELIVS *defensionem* exercitationis suae, Fran MDCLXVI. 4. *** in lucem protulit atque in vtroque opus lo, quod et historicum et polemicum est, industriam que eruditionem probauit:

IO. MICHAEL. HEINECCII *eigentliche vnd wahrh tige abbildung der alten vnd neuen griechischen kirche*, n *ihrer historie, glaubenslehren vnd kirchengebraeuchen*, tri partibus, Lips. MDCCXI. 4. quod opus inter reliqua a gumenti huius scripta principem locum omni iure tuet atque omnino pronuntiandum est, neminem maiori st dio, eruditione, ordine, perspicuitate statum antiquio ac recentioris ecclesiae graecae descripsisse: *

IO. FECHTII *kurtze nachricht von der religion d heutigen griechen, wie ihre kirche entstanden vnd von d lateinischen sich separiret*, Rostoch. MDCCXI. 8. liber, m

---

* summam operis huius copiose exponit FABRICIVS *biblioth. gr volum.* VI. p. 692.

** adnexa est eius libro de *octaua synodo photiana*, Ro MDCLXII. 8.

*** tria memorata opuscula Veielii et Allatii inueniuntur in DANN HAVERI volumine *disputationum academicar.* p. 1686. 173 1791.

* *neue hallische biblioth. tom.* II. p. 615. *vnschuldige nachrichten* 171 p. 132. LILIENTHALII. *theolog. biblioth. tom.* II. p. 150. REI MANNI *catal. biblioth. theol.* p. 801. ZELTNERI *breuiar. contr uers. cum eccles. graec.* p. 41.

a, qualem res postulat, elaboratus; non pror-
lle vtilitate caret: *

BERGII *exercitatio de statu ecclesiæ et religio-
icæ*, quam Vpsaliæ MDCCIV. 8. ad disputandum
posuit eique partem secundam MDCCV. 8. ad-
ue autem pars coniunctim lucem vidit Lubec.
Lipſ. MDCCXXII. 8. vbi auctor magnam dili-
ndit, ac subsidiis historiarum atque ipsius ex-
is instructus, multa falsa emendauit, quæ ante
couitica ecclesia ac religione tradita fuerant: **

R. KOHLII *ecclesia græca lutheranizans; siue
le consensu et dissensu orientalis græcæ, specia-
it occidentalis lutheranæ ecclesiæ in dogmatibus*,
XXIII. 8. quod opusculum eruditum licet præ-
ctet, vt ostendatur, ruthenos facilius conci-
im lutheranis; quam cum pontificiis, hocque
mici argumenti sit; multa tamen historica eo
hisque et lucem adfert adiecta dissertatio IO.
PII de *christianismo græcorum hodiernorum*,
oppofita: ***

IRI *kurtze vorstellung der griechischen kirche*,
XV. 8. * quo libello auctor per *græcos* intel-
ios orientis ac vocabulo illi latiorem signifi-
uit; in horum autem sacris exponendis per-
ic Heineccium, antea laudatum, sequitur.
diungendæ sunt nostrorum theologorum dis-
IO. CONR. DANNHAVERI de *religione mos-*
Argentor. MDCLX. deinde iterum edita

 MDCLXVII.

.II *theolog. biblioth. tom.* II. p. 175. REIMMANNI
ioth. theolog. p. 818.

auans, MDCCX. *aug.* p. 210. *memoir. de Treuoux*
. *mai* p. 673. *vnschuld. nachrichten* 1709. p. 32. LI-
II *theolog. bibl. tom.* II. p. 172.

suppl. tom. VIII. p. 500. LILIENTHALII *theol. bibl.*
72. REIMMANNI *catalog. bibl. theol.* p. 817. qui li-
sine caussa perstringit.

lten vnd neuen theologischen sachen 1727. p. 780.

MDCLXVII. MDCLXXXVII. MDCCIII. * MICHÆ
RICII de *religione Moscouitarum*, Giess. MDC
QVISTORPII de *christianismo hodiernorum*
Rostoch. MDCLXV. cuius antea mentionem f
ERNEST. GERHARDI de *religione ritibusque*
Moscouitarum, Ien. MDCLXV. ABR. CALOVII et
NERI de *græcorum fide et religione*, Vitemb. M
MART. CHLADENII de *fide ac ritibus ecclesiæ gr*
næ, contra Nau et Allatium, Vitemberg. MDCXC
GVILIELM. FEVRLINI de *religione Ruthenor*
na, Gœtting. MDCCXLV. cuius capite primo fo
religione Ruthenorum diligenter recensentur:
doctrina sacra ostenditur, Ruthenos nobiscum
tertio de hierarchia et ritibus sacris exponitur
HENR. STVSSII commentatio de *ecclesiæ græ*
cis hodierno statu, Goth. MDCCXXXIII.

Venio ad reformatos, qui de historia hac l
sunt. Pertinent huc sequentia eorum scripta

IO. IACOB. HVLDRICI *disquisitio theologi*
ca de religione ecclesiarum græcanicarum tum
hodierna, Tigur. MDCXXI.

PAVLLI RICAVTII *histoire de l'etat prés*
grecque et de l'eglise armenienne, quæ primum
glicana prodiit; deinde gallice reddita inte

THOM. SMITHI *epiſtola de græcæ eccleſiæ hodierna ſtatu*, Londin. MDCLXXVIII. 8. et auctior Amſtelod. MDCXCVIII. 8.* itidem laudanda ac quamuis in ea ritus inprimis deſcribantur; non mediocris tamen vtilitas ex iſta capienda eſt, ac quæ auctor refert, illa fide digna ſunt, quoniam iſte apud dictum legatum britannicum ad Turcarum imperatorem ſacerdotis prouinciam obiit:

BENED. PICTETI *breuis collatio ſententiarum græcorum recentiorum cum græcorum veterum placitis*, Amſtelod. MDCC. 12. quam ideo huc refero, quia ea ad hiſtoriam dogmatum græcorum illuſtrandam adiumenta adfert:**

IO. COVELI *notitia præſentis eccleſiæ græcæ, cum animaduerſionibus ad hodiernam eius doctrinam et diſciplinam, ſpeciatim de euchariſtia et reliquis ſex eorum ſacramentis, collata cum Goari notis ad rituale; ſiue euchologium græcum*, quæ anglicana lingua Cantabrig. MDCCXXII. fol. prodiit. Auctor a ſacris fuit legati regis Angliæ Caroli II. in aulam turcicam, eo tempore, quo inter Claudium, reformatum, atque Arnaldum et alios pontificios de *perpetuitate fidei* circa ſacram cœnam lis erat, ac memoratum librum eo quoque conſilio conſcripſit, vt ex eo pateret, græcos cum pontificiis de cæleſtibus epulis, ſpeciatim de transſubſtantiatione haud conſentire:***

THOM. CONSETTI liber, cuius titulus eſt: *the preſent ſtate and regulations of the church of Ruſſia*; Londin. MDCCXXIX. duobus voluminibus 8. qui inter præcipuos ſcriptores de religione Ruſſorum noſtri temporis refertur, quoniam auctor per plures annos in Ruſſia commoratus eſt ac multa ſubſidia ex conſuetudine cum præcipuis Ruſſiæ theologis habuit:*

* LILIENTHALIVS *dict. loc.* REIMMANNVS *ibid.* p. 808.

** BERNARD in *nouuell. de la republ. des lettr.* MDCC. *iun.* p. 658.

*** *act. erudit.* MDCCXXIII. p. 473. *bibliotheque angloiſ. tom.* X. p. 34.

* *[illegible] von alten vnd neuen theol. ſachen*, 1730. p. 662. Quæ in [illegible] hoc de religione ruthenica habentur, ea in MARTINI *[illegible]briefe aus Rußland*, Francof. et Lipſ MDCCXXXI 8. germanice legenda ſunt.

IACOB. ELSNERI *neueste beschreibung der g christen in der Turckey, aus glaubwurdiger erzeh Athanasius Dorostamus, archimandriten des patri Constantinopel, nebst von ihm selbst gezeichneten ku gesezt, erlautert vnd bestatiget*, Berolin. MDCC vbi non solum ea continentur, quæ a *Dorost* sunt; sed etiam ELSNERVS in adnotationibu vt multa capita de græcis, eorum statu, dogmati nibus ecclesiasticis, ritibus atque aliis rebus, ill scriptorum, fide dignorum, testimoniis confirm terea autem, quæ a nonnullis minus recte tradit illa emendaret.* Vltimum denique locum TH WAHRMVNDO adsigno. Qualis ille sit auctor, pertum habeo. Libellus eius, qui huc specta nice exaratus est ac variis titulis instructus pro mum sub inscriptione: *vniuersa religio ruthenica uitica*, Freystad. MDCXCVIII. 8. cum figuris: dei *witischer; oder reussischer kirchen staat*, Lips. eoder sine imaginibus: sine WAHRMVNDI nomine *Georg. Pritii* præfatione: ** iterum hoc titulo *der Moscouiter*, Francof. et Lips. MDCCXII. 8. cu iisque aliis ac pluribus, quam in prima sun ac cum noua præfatione. *** Gallice is ita *la religion ancienne et moderne des Moscouites, e figures*, Colon. MDCXCVIII. 12.* belgice au

M

* *bibliothequ. german. tom.* XL. p. 100. LILIENTHALII *t tom.* II. p. 180. DOROSTAMI narrationes, quib magnam fidem tribuit, de multis rebus falsas esse postea sigillatim commemorandus, adseuerauit: v *von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1741. p. 48

** TENTZELII *monatl. vnterred.* 1698. p. 322. REIM *talog. bibl. theolog.* p. 814. 822.

*** REIMMANNVS *dict. libr.* p. 817. Memoratur etiam cofurt. MDCCXIV. 8. vide LILIENTHALII *theolog.* p. 175.

* *iournal de Berlin*, MDCXCVIII. p. 109. Nouam editi huius esse: *la religion vniuerselle des Moscouites*, MD nulli suspicantur.

m. 8. * lucem vidit. Libellus ipse non inutilis tamen non magni momenti est. Pleraque eius nt ex DANNHAVERI dissertatione, antea adducta, me *Moscouitarum*, ac quæ auctor narrauit, ea non issimum ecclesiæ græcæ statum pertinent; nec ita je sunt, vt iis omnino fides haberi debeat. **

§. III.

ex historiarum commentariis cognouit, quas ecclesiæ græcæ, propius ille accedit ad concum hoc christianorum cœtu ac merito ipsorum libros consulit, in quibus dogmata eoosita sunt. In his illi principem locum qui apud græcos multum valent ac symeluti auctoritatem præferunt; quum autem iuersi sunt, res postulat, vt eos discernamus s plus; aliis contra minus tribuamus, vbi ex robare quid velimus. Scriptis his quamuis ri, in quibus græci doctrinas fidei tradiderunt, sint inferiores; tamen et hos, si fieri potest, iuuat.

tant huc confessiones ac similia scripta græcorum, ia sunt. Princeps in illis est *confessio ecclesiæ græcæ* :a. Quæ præter hanc habentur, illæ minoris toritatis, vtpote GENNADII; siue GEORGII , DOSITHEI, METROPHANIS CRITOPVLI,

m belgicam recensent: KVSTERVS et SIKIVS in *biblioth.* *nouor. tom.* II. p. 252. Interpretem esse *Io. von Leeuwen,* FABRICIVS *salutar. luc. euangel.* p. 476. titulus autem i indicat veluti bibliopolam, cuius sumtu liber prodiit. t DEBIA *account of the religion of the Moscouites*, Lond. CXII. 12. huncque librum germanice redditum esse in *der reibung der religion der Moscouiter*, Francof. MDCCXII. 12. RICIVS *dicto libro* p. 477. tradit; videtur autem ille non germanica interpretatio; quam epitome wahrmundiani liesse.

FABRICIVM *cit. loc.* p. 476. FEVRLINVM dissertatione de *ione Ruthenorum hodierna*, p. 16. sq. vbi et p. 3. notitia m suppeditatur, qui de statu ecclesiæ græcæ commentati

ſpectare poteſt. Quemadmodum enim
nobis non tam doctrinas; quam ritus,
cœnæ, monſtrant; ita conſtat, multa eor
lata, eſſe adulterina; aut deprauata, ac q
cos auctoritatem habent, illorum tantum
dubias, num adcurate ſint factæ; nec ne?
niſſe. Diſſeruerunt de illis LEO ALLA-
CAVEVS,** EVSEBIVS RENAVDOT
MATTH. PFAFFIVS.* Maiorem vſum p
belli græcorum catechetici, ſi illorum do
velimus. Quales iſti ſint, antea oſtendi.

Scripta dogmatica, quæ Græci ad priu
poſuerunt, varia ſuppetunt atque ad c
pertinent: GREGORII protoſyncelli σύ
καὶ ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, Venet.
NICOLAI CABASILAE libri *περὶ τῆς ἐν*
bus præcipue agitur de baptiſmo, ſacra vi

---

* *diſſertationibus de libris eccleſiaſticis græcorum*, quas
notis iterum edidit Hamb. MDCCXII. ac
græca adiecit.

** *diſſertatione de libris et officiis eccleſiaſticis græ*

latine editi Ingolstad. MDCIV. 4. * GENNADII libellus περὶ προορισμοῦ, de praedestinatione, qui Haeschelii Aug. Vindelic. MDCIII. 4. iterum cum ione latina Caroli Libertini Vratisl. MDCLXXXI. 4. idit: AGAPII liber, inscriptus: ἁμαρτωλῶν σωτηρία peccatorum salus, ac vulgari graeco sermone editus, MDCXLI. 4. ** MICHAEL. CORTACII λόγος ἐπι- περὶ τοῦ ἀξιώματος τῆς ἱερωσύνης, Venet. MDCXLII. 4. ELIS philadelphiensis opus de sacramentis, quod MDC. *** Ex recentioribus graecis nominandi sunt: OPHANES PROKOPOWICZ, qui scripsit: apologiam qua respondetur ad litteras quorumdam lutherano- quas ad patrem Michaelem Schi Regiomonte dederunt, tes ad eius litteras compellatorias, quas ipse prius misit, de vera fide orientalis graeco-ruthenicae apostoli- ae, * vbi de praecipuis inter nos ac Ruthenos con- capitibus sententiam suam declarat; praeter hanc eiusdem disquisitio historica quaestionis: num christia- gionis summi imperantes dici possint episcopi et archie- quo sensu? lingua russica et slauonica Petropol. CXXI. 4. edita, ** quodammodo huc referri potest: GEDEON. WISNIOWSKI, cuius prodiit: theologia vni- MDCCXXIV. ita comparata, vt, quamuis titulus indi- videatur, systema; aut compendium theologiae ruthe- exhiberi; ea tamen disputatio tantum sit haecque natur XVIII. latinis thesibus: de deo vt in se: vt crea- : vt saluatore: vt sanctificatore per sacramenta, et vt vltimo

LATIVS diatrib. de Nilis et eorum scriptis, p. 72. quae FABRI- CII bibliothec. graec. volumini v. addita est.

ABRICIVS bibl. graec. vol. x. p. 383.

ibidem, p 513.

num locum habet in eius miscellaneis sacris, Vratislau- MDCCXLIV. 8. editis. Ex apologia hac probat HOFFMANNVS commentation de variis modis transitum ad Ruthenorum sacra transfendi, religionem, quam nunc Ruth profitentur, ab anti- quiore haud differre: conf. die nachrichten von den neuesten theol. buchern, vol. IV. p. 365.

Act. erudit. MDCCXXV. p. 409. adde, quae in historia controu. graecorum latinorumque de processione spiritus sancti. p. 63. cixi.

vltimo fine: * III.) THEOCLETVS POLYID
exſtat: *ſacra tuba fidei*, germanice etiam
MDCCXXXVI. 4. Liber hic tribus partibus conſ
rum prima auctor exponit de dogmatibus eccleſ
ſecunda de ſeptem ſacramentis: tertia de conſe
corum cum antiquiſſimis conciliis. ** De lau
ſtea dicam.

§. IV.

CVM græcorum ſcriptis dogmaticis eorum
coniungendi ſunt, qui maxime ad controuer
nent. Horum ea eſt differentia, vt in aliis co
græcos pugna committatur; in aliis autem ad
tinos, quibus præcipue media ætate bella ind
conſtat, ac recentiori tempore etiam contra r
cleſiæ doctores.

Locum hunc vindicant ſibi ſcripta controuer
ipſos græcos ortæ, de ſynodo florentina ac q
decreta fuerat, eccleſiaſtica concordia inter gr
tinos; prætereo autem iſta, vtpote ſupra a me c
rata. Similem litem inter græcos peperit CYRI
CARIS *confeſſio chriſtianæ fidei*, quam nonnulli
probarunt; alii contra, quum exiſtimarent, ill
eccleſiæ græcæ doctrina alienam atque ad refo

quæ ab ecclesiæ græcæ dogmatibus abhorreat, est. De ipsa confessione hac supra egi atque duxi, qui de illa commentati sunt.
es fuerint media ætate inter græcos ac latinos pontificis romani: de variis ritibus, præser- panis, num ille fermentatus; an azymus esse cra cœna? de processione spiritus sancti atque us: quæ vtriusque partis scripta prodierint, rui. Recentiori tempore patriarcha constan- is, Ieremias, cum theologis tubingensibus de gustanæ confessionis disputauit ac de illis ita ios adprobaret; alios contra reiiceret ac dog- æ græcæ defenderet. Quæ exaratæ sunt, lit- s opus complectitur, inscriptum: *acta et scri- um wirtembergensium et patriarchæ constantino- remiæ*, Vitemberg. MDLXXXIV. fol. et antea a im.

§. V.

VTVR scripta, quibus contra græcos dimi- um a pontificiis; tum a lutheranæ refor- lesiæ doctoribus. Quos primo loco nomi- alii gente quidem græci sunt; auctoritati ımodis episcopi romani se addixerunt; alii Vtrique maxime recentiori tempore ec- consensum cum latina; siue romana osten- ıt ac quum id agerent, simul quidem pro- a vera græcorum doctrina abhorrere; con- . esse putarunt, si istorum dogmata non a- ecte impugnarent ac mitiori, quam antea , disputandi ratione vterentur, vt felicius ıani rebus consulerent. Alii tamen latini qui directe græcos oppugnarent.
qui de ecclesia græca, cum romana concilian- , vtriusque consensionem aliis persuadere vo- ›stea sigillatim exponam, siue illi natione græ- ni fuerint. Igitur nunc ea scripta recensere, s est, quibus latini; siue pontificii cum græ- i sunt ac dogmata eorum impugnarunt. Per- ›cum hunc:

IO. SACRANVS, qui reliquit: *elucidarium errorum ritus ruthenici*, translatum, non integrum autem, in IO. LASITII; siue LASITZKI opus *scriptorum de Russorum, Moscouitarum et Tartarorum religione*, Spir. MDLXXXII. cuiusque caput secundum separatim prodiit, sub titulo *errores atrocissimorum Ruthenorum*, MDVIII. 4. * Auctor infensissimum animum erga Ruthenos monstrat.

IO. LASCIVS in *catalogo errorum Moscouitarum*: **

PETR. SCARGA, qui scripsit de *Russorum erroribus de caussis, propter quas graeci a romana ecclesia defecerunt*: ***

LEO ALLATIVS, qui in eo quidem operam maxime posuit, vt contra protestantes consensum græcorum cum pontificiis ostenderet; data tamen occasione ipsos græcos oppugnauit: immo varios libros aduersus eos composuit. In numero istorum sunt: *Græcia orthodoxa*, duobus voluminibus, Rom. MDCLII. et MDCLIX. 4. vbi scripta græce et latine exhibuit, quorum auctores latinis fauebant, eo animo, vt istos, tamquam testes, contra græcos vere tales adduceret: *de ætate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud græcos seruandis*, Rom. MDCXXXVIII. 8. *vindicia synodi ephesinæ et Cyrilli de processione ex patre et filio spiritus sancti*, Rom. MDCLXI. 8. *de octaua synodo photiana*, Rom. MDCLXII. 8.

MICHAEL NAV in *ecclesiæ romanæ græcæque vera effigie ex variis tum recentibus, tum antiquis monumentis singulari fide expressa: romanis græcisque exhibita*, Par. MDCLXXX. 4 quo opere Allatii atque aliorum exempla secutus, monstrare adnisus est, admirabilem, vt titulus habet, consensionem vtriusque ecclesiæ, græcæ ac latinæ esse; re ipsa autem contra græcos, a latinis alienos, pugnat.

MARTINVS SZENT-IVANY, qui libellum, latine scriptum ac germanice redditum, huius tituli: *zeit vnd streit abhandlung von dem anfang, fortgang vnd abnehmung der griechischen kirche*

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1731. p. 166.

** exhibetur in RAYNALDI *continuat. annal. Baronii ad ann.* MDXI *num.* 67. sq. *tom.* XX. p. 180.

*** exstat hoc ingenii monimentum in LASITII *scriptoribus de Russorum, Moscouitarum et Tartarorum religione* p. 220.

nnung, wie auch von der mit vielen verlangen er-
iedervereinigung der griechen mit der römischen
uctoritate ac iussu cardinalis Leopoldi de Kolo-
t, Vienn. MDCCIV. 12. ac probare conatus est,
m fuisse caussam, cur græci a latinorum cœtu se
nt; eo autem nomine necesse esse, vt redeant
m romanam atque in pristinam eius communio-
tuantur. Quæ aperte falsa sunt ac iam dudum
atata, ea auctor repetit: *

HANVS DE ALTIMVRA in *panoplia contra schis-*
um, qua romana et occidentalis ecclesia defenditur
riminationes Nectarii, nuperi patriarchæ hiero-
quas congessit in libro de primatu papæ, Paris.
I. 4. Auctor operis huius est MICHAEL LE-
aicque sub *Stephani de Altimura* nomine latet.
scripta, quibus pontificii contra græcos dispu-
ioniam autem ad singularia argumenta spectant,
ostea exponere, mecum constitui.

§. VI.

ATA græcorum ita comparata sunt, vt lu-
que ac reformati, sibi datam esse prouinciam,
mauerint, ea confutandi. In aliis doctrinæ
ti a latinorum; ita etiam a nostra ecclesia
de processione nimirum spiritus sancti: de
eiusque administratione: de esu sanguinis
de statu animarum, a corporibus post mortem
, ante vniuersum iudicium: de coniugio
secundo: de baptismo; in aliis autem cum
m cœtu, saltem quodam modo, consentiunt.
generis græcorum dogmata quum erronea
andis illis cum nostræ; tum reformatæ ec-
res operam dederunt, ex instituto pariter ac
ne.

ter lutheranos græcorum errores iusto ordine
i studio confutauit, vnicus est GVSTAV. GEORG.
IVS. Edidit is: *breuiarium controuersiarum, cum*
eccle-

---

* ECCIVM in *adpend.* libri: *abbildung der alten vnd neuen*
. kirche, p. 76.

in *notis ad* ANGELI *enchiridion de ſtatu* *corum:* VEIELIVS *exercitatione de eccleſi* HEINECCIVS in *der abbildung der alte* *chiſchen kirche*, quibus ſcriptis adnumer SCHRAMMII diſſertationes de *controuerſi* *græcos et euangelicos*, Helmſt. MDCCXX

Reformati itidem laudabilem operam vt praua græcorum dogmata confutare IO. HENR. HOTTINGERVS, qui quum NEM ALLATIVM nimis temere conatur nem eccleſiæ græcæ cum romana oſtend oppoſuiſſet: *Hottingerum*, *fraudis et im* *conuictum*, Rom. MDCLXI. 8. * cauſſam ſu *Allatio*, *nimiæ temeritatis conuicto:* ** *collatione ſententiarum græcorum recentior* *veterum placitis:* THOMAS SMITHVS *hodierno ſtatu*, quorum antea itidem menti quamuis illis locum inter ſcriptores hiſto quodam tamen modo iſti et huc referendi corum dogmata ac ritus ita recenſent, vi tiam ſuam ferant. Qui ſingula capita t adcuratiori examinaret ſtudio, nullus ex matos.

gularibus argumentis iisque controuerſis expoſitum diſputatum eſt: de imperio pontificis romani: de proceſſione ſpiritus ſancti: de ſacra cœna, ſpeciatim transſubſtantiatione, pane azymo et fermentato, conſecratione: de purgatorio: cultu imaginum pictarum, ita vt græci dogmata atque inſtituta ſua defenderent; aduerſarii autem ea vel impugnarent; vel cum romanis placitis ac moribus conciliare conarentur.

Diſceptatum fuit:

I. de *imperio pontificis romani*, quod omni tempore germani græci impugnarunt; romani autem præſulis adſeclæ omni ſtudio tueri adniſi ſunt. In illis recentiore ætate NECTARIVS, patriarcha hieroſolymitanus, *confutationem imperii papæ in eccleſiam*, non contemnendam, ſcripſit, quæ græce Iaſſii in Moldauia MDCLXXXII. edita eſt ac deinde, interprete *Petro Allixio*, latine prodiit, Londin. MDCCII. 8. * librum hunc STEPH. ALTIMVRA; ſiue MICH. LEQVIEN ex inſtituto refutandum ſuſcepit in *panoplia contra ſchiſma græcorum*, antea a me memorata:

II. de *proceſſione ſpiritus ſancti*, num illa ex patre filioque; an ex ſolo patre fiat? de qua tamen plura media ætate; quam recentiore diſputata ſunt græcique multa ſcripta compoſuerunt, ad id comparata, vt dogma de proceſſione ſpiritus ſancti ex ſolo patre ſtrenue defenderent. De quibus vti ſupra diſſerui; ita tantum addo, LEONEM ALLATIVM reliquiſſe *enchiridion de proceſſione ſpiritus ſancti*, Rom. MDCLVIII. 12. ALOYSIVM autem ANDRVZZI edidiſſe: *conſenſum græcorum latinorumque patrum de proceſſione ſpiritus ſancti e filio*, Rom. MDCCXVI. 4.

III. de *ſacra cœna*: inprimis de quæſtione: num conſenſus ſit græcorum ac latinorum in doctrina de ſacramento hoc; nec ne? Poſtquam enim celebratiſſimus liber: *la perpetuité de la foy de l'egliſe catholique touchant l'eucharistie*, inſcriptus, prodierat, materiam ille præbuit magni certaminis inter pontificios ac reformatos de iis, quæ græci

* *erudit.* MDCCIII. p. 292. *memoir. de Treuoux*, MDCCIV. p. 35. BERNARDI *nouuell. de la republiqu. des lettres*, MDCCII. *iul.* p. 112.

ci de ſacra cœna: ſpeciatim de transſubſtantiatione ſta
ac num cum illis; an cum his conſpirent. Pontificii
pugnarunt pro conſenſione eccleſiæ græcæ ac rom
nominatim: ARNALDVS, NICOLIVS ac præter
EVSEBIVS RENAVDOTIVS, qui varia ſcripta hanc in
iuris publici fecit, vti ſunt: *adpendix ad acta, quæ
græcorum de transſubſtantiatione fidem relata ſunt in
de perpetuitate fidei;* ſiue Gennadii conſtantinopol
Meletii alexandrini, Nectarii hieroſolymitani, M
Syrigi et aliorum opuſcula, græce cum verſione et
uationibus, Paris. MDCCIX. 8. * *defenſe de la perp
de la foi contre les calumnies et fauſſetes du liure in
monumens authentiques de la religion des grecs*, **
MDCCIX. 12. *** item: *la perpetuité de la foi de l'egl
tholique touchant l'eucharistie, tome quatrieme, contenu
examen particulier de la conformité de la doctrine des
et des tous les chretiens orientaux auec celle de l'egliſe l*
Paris. MDCCXI. 4. * quæ et alia, ad hiſtoriam certa
de *perpetuitate fidei* ſpectantia, ſupra copioſe enu
Defenſoribus conſenſus vtriusque eccleſiæ, græcæ
tinæ, in doctrina de ſacra cœna iungendus eſt RICH
SIMON, qui itidem in variis ſcriptis id egit, vt co
ſionem hanc aliis perſuaderet, nimirum: in *fide e
orientalis; ſeu Gabrielis, metropolitæ philadelphienſis, opu
nunc primum de græcis conuerſis, cum notis vberioribus,
bus nationum orientalium perſuaſio maxime de rebus euc*

---

* *iournal des ſauans* MDCCX. *ianuar.* p. 3.

** liber hic a IACOB. AYMONIO, Hag. comit. MDCCVIII. 4
tus eſt; poſtea autem ita inſcriptus: *lettres anecdotes de
Lucar*, ceter. Amſtelod. MDCCXVIII. 4. ſe conſpiciendum
buit. Auctor probare voluit, plurimas fidei confeſſiones
ſtianorum orientis, quas defenſores *perpetuitatis fidei* con
formatos produxerunt, falſas eſſe atque adulterinas:
BERNARD in *nouuell. de la republ. des lettres*, MDCCVIII.
p. 203. *abgeſonderte biblioth. part.* I. p. 32. vbi AYM
liber, ſub memorato nouo titulo: *lettres anecdotes*, ceter. co
recenſetur, ſine vlla mentione prioris inſcriptionis, veluti no
monimentum.

*** *memoires de Treuoux*, MDCCX. *april* p. 623. BERNARDI
les de la republiqu. des lettres MDCCX. *april.* p. 435.

* *memoir. de Treuoux*, MDCCXII. *mai.* p. 743.

libris praesertim manuscriptis; vel nondum Latio lustratur, Paris. MDCLXXXVI. 4. aduersus Io. Clau- *histoire critique de la creance et des coutumes des s Leuant*, Francof. MDCLXXXIV. 8. ac sub titulo: *itique des dogmes et des controuerses des chretiens* , Treuolt. MDCCXI. 8. in libro: *la creance de ntale sur la transsubstantiation*, Paris. MDCLXXXVII. a Thom. Smithum, de qua controuersia itidem me plura dicta sunt. Iis, qui pro defendenda *te fidei* arma sua adhibebant, reformati restite- Claudius, Petr. Allixius atque alii, et in eo stu- carunt, vt ostenderent, graecos neutiquam de sacra m pontificiis consentire.* Quae hanc in rem ab a atque in lucem prolata sint, ea etiam antea indi- d idem dogma de diuiniori epulo pertinet quaestio, ecos ac latinos controuersa: qualis panis in sacra lhibendus sit? num azymus; an fermentatus? de ea disceptatum fuisse ac graecos pro azymo; utem pro fermentato pugnasse, constat. Bellum quam coeptum fuerat, id per longius tempus pro- est ac recentiore etiam aetate exstiterunt, qui ex hac de re exponerent. SISIMVS PERASTIA- aecus, quum in academia patauina litteris operam i euulgauit libellum de *christo, pascha suum prae- atque in pane fermentato celebrante*, quem ibidem s singulari commentatione MDCCXXX. confutauit. hunc, inter curiae romanae addictos pro pane, fer- xperte, contra graecos scripserunt: IO. MABIL- i in *dissertatione de pane eucharistico, azymo et fer-* , Paris. MDCLXXIV. 8. de qua supra disserui, et IO. INVS in *coniecturis de perpetuo azymorum vsu in latina; vel saltem romana*, Rom. MDCLXXXVIII. 4. ostrorum sacrorum doctores IO. GOTTFR. HER- VS edidit: *historiam concertationum de pane azymo entato in coena domini*, Lips. MDCCXXXVII. 8. quae ac diligenter descripta atque ita comparata est, vt

 ipsi

aestione: num consensio sit graecorum ac reformatorum; ne? disseruit OLEARIVS in *oratione de frustra iactato re- atorum cum graecis consensu*, Francof. MDCLXXX. 4.

ipsi controuersiæ, recte et intelligendæ et diiudicand tam lucem adferat. Quod ad consecrationem panis in sacris epulis eiusque formam adtinet, IO. ER GRABIVS reliquit: *defensionem ecclesiæ græcæ contra nam in articulo de consecratione elementorum eucharist* latine scriptam et post auctoris obitum cum interp ne anglicana publicatam, Lond. MDCCXXI. 8. vbi pontificios probare adnititur, græcos recte sentire, negent, consecrationem panis ac vini sola recitation borum christi: *hoc est corpus meum: hic est sanguis me* solui; statuant autem, requirere illam, vt non sol cta verba seruatoris recitentur; verum etiam preca ad deum, velit demisso spiritu sancto panem ac sanctum reddere et in corpus et sanguinem transm Quum IO. RVDOLPHVS KIESLINGIVS in lucem disset: *historiam concertationis græcorum latinorum transsubstantiatione in sacra eucharistia. sacramento*, MDCCLIV. 8. HERMANNVS quidem SCHOLLI *ecclesiæ orientalis et occidentalis concordiam in trans tiatione*, historiæ concertationis, *a D. Kieslingio ficta, sitam*, Ratisbon. MDCCLVI. 4. diuulgauit; concordia aut clesiæ orientalis atque occidentalis, ab eo ipso ficta, peruersa interpretatione quorumdam locorum in monimentis, inprimis earum vocum, in quibus mom controuersiæ positum est. Denique adiicio: MELCI ZEIDLERI *euolutionem duarum quæstionum circa sent Moscouitarum de sancta eucharistiæ mysterio*, quæ post manuscripta ab auctore relicta fuerat, illa postea iuris lici facta est. ** Altera quæstio est: num Rutheni substantiationem adprobent? altera: num iidem sacramentum, quod manibus sacerdotum tractatur, dei proprio adficiant, eamdem ipsam substantiam, qu tentibus omnibus, ante consecrationem panis est?

IV. de *purgatorio*, de quo nonnulli singulari ita commentati sunt, vt vel græcos confutarent; vel latinis conciliarent: PETRVS ARCVDIVS in libr *purgatorio, vtrum detur et an per ignem sit?*

MDC

* *act. eruditor.* MDCCXXII. p. 276.

** in *der samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1735. p. 30.

. et MDCXXXII. 4. atque in alio de *purgatorio*
ersus Barlaamum monachum, Rom. MDCXXXVII. 4.
LATIVS de *vtriusque ecclesiæ orientalis atque occi-*
perpetua in dogmate de purgatorio consensione, cum
epistola ad Boineburgium de *perpetua ecclesiæ orien-*
tis occidentalis tum in dogmate; tum in ritibus con-
epistola ad Nihusium de *communione græcorum*
specie et de textu Macchaæorum de sacrificio pro mor-
e aliis, Rom. MDCLV. 8. ac cura *Nihusii* Francof.
8. in qua tamen editione omnia græca loca rescissa
RANCISC. ROSSERIVS, cuius prodiit: *aduocatus*
, contra græcos: *συνήγορος τῶν ψυχῶν τῶν ἐν*
ρίῳ τιμωρουμένων, Paris. MDCLI. Addatur: IO.
QVENSTEDTIVS *exercitatione de ecclesiæ latinæ*
aliis dissensione in dogmate de purgatorio, Vitemberg.
L.
e *cultu imaginum pictarum*, quas quum græci reli-
amore prosequuntur; a sculptis autem abhorrent,
INNOCENS ANSALDVS edidit: *dissertationem de*
publico apud ethnicos pictarum tabularum cultu, ad-
tentiores græcos, Venet. MDCCLV. 4. eaque, non
ditione ac moderatione, probare adnisus est, non
esse, cur græci, venerationis erga pictas imagines
tabulas sculptas ac statuas colere nolint.

§. VIII.

a ac qualis consensio sit ecclesiæ græcæ cum
celebris est quæstio, multum controuersa ac
Pontificii et qui ad hos se adiunxerunt, græ-
studio id egerunt, vt aliis persuaderent, egre-
concordiam vtriusque ecclesiæ, in iis quoque
de quibus germani græci pontificis romani
grauissimorum errorum arguunt. Eam in rem
ipta iuris publici fecerunt; quibus autem lu-
